This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Budapest székesfővárosi
gyűjtés.
Segédk.
2.50
NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06913846 3

Budapest székesfőváros
könyvtára.

Sgdk.
1
25.



459

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

KÖNYVTÁRÁBAN LEVŐ

ŐSNYOMTATVÁNYOKNAK

JEGYZÉKE

ÖSSZEÁLLITOTTA

HELLEBRANT ÁRPÁD

KÖNYVTÁRNOKOT A M. T. AKADÉMIÁNÁL

KIADTA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA IRODALOMTÖRTÉNETI BIZOTTSÁGA

Ára 2 forint.

BUDAPEST

1886

151

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
491543
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
R 1910 L

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

KÖNYVTÁRÁBAN LEVŐ

ŐSNYOMTATVÁNYOKNAK

JEGYZÉKE

ÖSSZEÁLLITOTTA

HELLEBRANT ÁRPÁD,

KÖNYVTÁRTISZT A M. T. AKADÉMIÁNÁL

KIADTA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA IRODALOMTÖRTÉNETI BIZOTTSÁGA

BUDAPEST

1886

CATALOGUS
LIBRORUM SÆCULO XV^{o}
IMPRESSORUM

QUOTQUOT IN BIBLIOTHECA ACADEMIÆ LITTERARUM HUNGARICÆ

ASSERVANTUR

DESCRIPSIT

ARPADUS HELLEBRANT,

BIBLIOTHECAE ACAD. LITT. HUNG. ADIUNCTUS

BUDAPESTINI

1886

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
491543
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
R 1910 L

BUDAPEST SZÉKES FŐVÁROS
KÖNYVTÁRA.
Beszerzési napló
évszám: 1893
folyószám: 153

FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.

PRÆFATIO.

Libros ante annum 1501 impressos, quotquot in bibliotheca Academiæ Litterarum Hungaricæ asservantur, descripturus, pauca quædam de hac bibliotheca et de huius operis ratione præmittere placet.

Postquam igitur sexaginta abhinc annis insigni Stephani Comitis Széchenyi munificentia Academia Litterarum Hungarica condita est, nonnulli viri docti insigni litterarum amore incensi generosum viri divini exemplum imitati sunt. Inter quos primo loco Josephus Comes Teleki nominandus est, qui die 17. mensis Martii anni 1826 ad Palatinum et Statum Ordinesque Regni Hungariæ litteras dedit, quibus suo ipsius et fratrum germanorum Adami et Samuelis, necnon novercæ Ladislai Teleki uxoris, eiusque filii Ladislai nomine se bibliothecam a patre hereditate acceptam, qua triginta fere millia voluminum continerentur, futuro sodalicio litteratorum donaturos immo in posterum quoque pro domesticis copiis aucturos esse pollicitus est, simulque quinque millia florenorum sodalicio dono dedit, ut ex usuris huius summæ bibliothecæ præfectus ex sodalibus eligendus annuo salario donaretur.*)

Merito igitur in bibliotheca nostra statua pectore tenus efficta Josephi Comitis Teleki collocata est parietique tabula marmorea infixa est, in qua hæc inscripta leguntur:

*) Vide 1826/7 Országgyűlés Irásai I. 77. ülés, 281. l.

DUP EXCH
BUDAPEST STATTERIA
20 MAY 1910

SZÉKI. GRÓF. TELEKI. JÓZSEF.
S. TESTVÉREI. ÁDÁM. SÁMVEL. LÁSZLÓ.
GRÓF. TELEKI. LÁSZLÓ. FIAI.
ÉS. ENNEK. ÖZVEGYE. BÁRÓ. MÉSZÁROS. JOHANNA.
EMLÉKEZETÉNEK.
KIK. XXX. EZER. KÖTETTEL.
S. EHHEZ. CSATOLT. ALAPITVÁNYAIKKAL.
EZ. AKADÉMIAI. KÖNYVTÁRNAK.
ALAPJÁT. MEGVETETTÉK.

Quorum exemplum paullo post alii quoque magnanimi donatores secuti sunt, ita ut res sodalicii brevi magnopere accrescerent. Inde ab anno 1831 Franciscus Schams, Josephus Bajza, Gregorius Czuczor, Andreas Fáy, Stephanus Horváth, Michael Helmeczy, Franciscus Kazinczy, Johannes Kiss, Stephanus Comes Széchenyi, Michael Vörösmarty aliique complures operibus suis bibliothecam auxerunt, familia Telekiana ephemerides ad bonas litteras spectantes bibliothecæ procurabat; in exteris autem gentibus prima litteratorum sodalicia, in quibus principem locum sodalicium ad res naturales explorandas Philadelphiæ constitutum et Regia Litterarum Academia Borussica obtinent, quorum exemplum paullo post Societas Erudita Edinburghensis, Regia Academia Monacensis, Societas Erudita Regia Bohemica, Academia Florentina secutæ sunt, opera ab ipsis edita nostro sodalicio dono dederunt. Eodem fere tempore Josephus Comes Teleki bibliothecam Francisci Kresznerics a se emptam, qua 1060 volumina continebantur, nec non libros manuscriptos tabulasque geographicas nostrae bibliothecæ dono dedit, in quorum numero ducenta incunabula quæ vocantur erant.*) Tum anno 1835 Livius Marczibányi de Puchó librorum, quos a patre hereditate acceperat, haud exiguam partem, volumina quadringenta duo, sodalicio donavit.

Anno 1838 autem, quo tempore in bibliotheca nostra 2200 fere volumina numerabantur, Gustavus Comes Batthyány principi Academiæ nuntiavit, se bibliothecam, qua 30,000 voluminum contine-

*) Vide Tudománytár, 1834. IV. p. 265.

rentur, Academiæ dono daturum esse. Cuius exemplum secutus paulo post Casimirus Comes Batthyány exquisitos libros maxime ad rem litterariam Galliæ spectantes nobis donavit. In libris a Gustavo Batthyány dono datis opera erant ad doctrinam religionis, philosophiam, pædagogiam, mathesim, res bellicas, sed imprimis ad iurisprudentiam spectantia, quæ plerumque Palatinus Ludovicus Comes Batthyány inde ab anno 1790 comparavit; præterea libri ad politicam, historiam, geographiam, technicam, physicam pertinentes. In libris manuscriptis autem erat Diarium summi ducis Sigismundi Trauttmansdorf, sub finem sæc. xvii. conscriptum, exemplar Chronicorum Simonis de Keza, commentarii Comitis Forgach, compluria acta diætalia hucusque inedita necnon codex Rohoncziensis, Scythicis ut vulgo creditur litteris exaratus. Quæ omnia Franciscus Toldy, secretarius sodalicii, die 7. Aprilis Rohonczio Pestinum transferenda curavit, atque eodem fere tempore bibliotheca nostra 677 voluminibus aucta est, quæ Andreas Horváth Academiæ hereditate reliquit, plerumque ad veteres scriptores et litteras Hungaricas spectantia.

Princeps autem Academiæ hoc quoque anno demonstravit quantopere res Academiæ sibi cordi essent, cum non solum nonnullos pretiosos libros impressos atque incunabula quæ vocantur bibliothecæ donavit, sed etiam libros manuscriptos, ex quibus imprimis nominandi sunt duo codices Corviniani, quibus Sermones Leonis Papæ et Ludovici Carbonis Dialogus de laudibus Regis Matthiæ continentur, tum Codex Justiniani sæc. xvi., Epistolæ Senecæ philosophi. Ephemerides quoque sumptibus Telekiorum sine ulla intermissione in bibliothecam redibant, quæ iam inde ab origine unum conclave domus Trattnerianæ occupabat, ubi libri tribus armariis haud parvis inclusi erant. Sed plurimum ad augendam bibliothecam contulit diæta anni 1840, qua lege sanctum est, ut librorum in Hungaria et partibus adnexis impressorum singula exemplaria sodalicio litteratorum darentur (1840. Art. VI. §. 11.).

Anno autem 1840 Franciscus Toldy Rohonczio libros Batthyányanos una cum repositoriis Pestinum transferendos curavit atque in conclavi proximo a minore bibliotheca Academiæ

collocavit, ubi a ceteris libris segregati custodiebantur et tandem conscripti et in ordinem redacti sunt. Medio hoc anno bibliothecæ scriba est additus, cuius opera Toldy opus propter spatii angustias haud facile aggressus libros eligebat disponebatque, quo tandem fieri potuit, ut eæ bibliothecæ partes, quæ a lectoribus sæpius petebantur, eodem anno et proximo publico usui traderentur, ceteri autem libri, quot quidem tria conclavia capere potuerunt, anno 1841 disponerentur, qua occasione singula volumina insignibus Academiæ ornata in novem catalogi generalis tomis inscribebantur. Quod autem ad librorum numerum attinet, postquam a. 1844 bibliotheca Telekiana, ex quarum copiis præsertim Danielis Cornidis diplomatarium aliaque eiusdem viri docti opera manuscripta digna sunt quæ commemorentur, tandem in possessionem Academiæ venit atque exceptis libris theologicis, quos angustum cubiculum non capiebat, tota Pestinum translata est, qua occasione antiquiores bibliothecæ partes, qua iurisprudentia, physica, historia naturalis et res medicæ continebantur, loco iterum mutato in conclavi annexo repositæ sunt, numerus librorum typis impressorum 19,736, incunabulorum et editionum principum 356, tabularum geographicarum 480, codicum et operum manuscriptorum 600 fere, itaque summa omnium librorum 20,812 erat auctore Toldyo. Quibus omnia litterarum humanarum genera complectebantur.

Tandem die 23. mensis Decembris anni 1844 bibliotheca nostra solemniter publico usui tradita est præsentibus sodalibus Academiæ quam plurimis, inter quos Stephanus Comes Széchenyi Academiæ principis vicem sustinens primum locum obtinebat. Quibus Franciscus Toldy historiam bibliothecæ enarravit et postquam Josephus Bajza de ingentibus familiæ Telekianæ erga bonas litteras meritis disseruit, bibliothecam ostendit.*)

Quæ bibliotheca nostra postmodo a magnanimis donatoribus acceperit, singillatim enarrare longum est, sed tria eximia dona haud omittenda censeo. Anno igitur 1846 Sacratissima Cæsarea

*) Vide M. T. Társaság Évkönyvei Tom. VII.

Regia Maiestas Academiæ quadraginta volumina dono dedit; anno autem 1850 Josephus Comes Teleki princeps Academiæ libros Emerici Jancsó Consiliarii, in quibus multa opera rarissima imprimis ad res Hungaricas spectantia erant, pro nostra bibliotheca emit eidemque iterum selectam librorum suorum partem, sexcenta fere volumina, qua etiam nonnulla incunabula et libri ab Aldis typis descripti continebantur, dono dedit. Dicendum est præterea de pretiosissimo Francisci Pulszky dono, quo bibliotheca Academiæ anno 1867 operibus 766, voluminibus 1200 aucta est, quæ ab harum rerum peritis 10,000 florenorum æstimata sunt. In quibus nonnulli pretiosi libri manuscripti et incunabula haud exigui pretii, ut Biblia sæc. xiii. scripta, Justini editio anno 1470 impressa cum initialibus exornatis, tum opera archæologica, ad linguam et litteras sanscriticas spectantia necnon opera historica et politica recentiore ætate impressa imprimis quæ de rebus Hungaricis agunt atque peregre lucem viderunt inveniuntur.

Sed cum inde ab hoc tempore nemo extitisset, qui fautores supra nominatos pari dono adæquavisset, bibliotheca, quæ tandem anno 1865 ex domo Trattneriana in splendidas ædes Academiæ nostræ translata et secundum artes ordinata et digesta est, et iam amplius centum millia voluminum numerat, usque ad nostram ætatem tantummodo libris emendis, cum editionibus exterarum Academiarum et Sodaliciorum Eruditorum permutandis, tum exemplaribus a typographis ex lege Academiæ oblatis et minoribus quibusdam donis augebatur.*)

*) Qui de historia bibliothecæ nostræ accuratius edoceri cupiunt scripta infra indicata adeant consulo: Schedel Ferencz, Az Akadémiai könyvtár rövid története és mibenléte (M. Tud. Társ. Évk. VII. k. 1. oszt. 1842—44. 86. l.). — Bajza, A Telekyek tudományos hatásáról. (Ibidem VII. 92. l. et M. Akad. Ért. 1843—44. 233., 234. ll.). — A Teleky könyvtár magyar és 2-ik nagyobb részéről való jelentés (M. Akademiai Értesítő 1843—44. 104., 130., 157. ll.). — A Jancsó könyvtár megvétele s gróf Teleky József újabb ajánlata (M. Akad. Értes. 1850. 43. l.) — Az Akadé-

Sed ad incunabula quæ dicuntur in bibliotheca nostra asservata nos convertamus necesse est, quorum maximam partem e bibliotheca Josephi Comitis Teleki accessisse iam supra commemoravimus; nonnulla a Francisco Pulszky, Paulo Oltványi, Emerico Madách dono data sunt.

Quorum numerum si spectas simulque cum bibliographis optimis, Francisco de Licteriis, Audiffredio, Seemillero, Holtropio, Hainio, Bruneto, quorum sententia etiam Mohlbechio Sainzingeroque viris huius rei peritissimis probatur, typographiæ incunabula anno 1500 finiri statuis, non a. 1517, quæ Schelhornii, aut a. 1520, quæ Engelii et viri docti qui incunabula bibliothecæ Monasterii Sangallensis descripsit, neque a. 1533, quæ Uffenbachii, aut 1536, quæ Panzeri erat sententia, iam non sexcenta volumina in incunabulorum numero habebis, quod a viris doctis factum est qui Panzeri præcepta secuti libros a clarissimo comite Josepho Teleki dono acceptos digesserunt, sed volumina 466 tantum, quæ 36 locis in lucem prodierunt, qui loci infra in tabula conscripti exhibentur, in quam etiam opera loci, anni et typographi nota carentia recepi.

Locus impressionis	Quot opera?	Ex quot typographiis?
Argentina	63.	10. (?)
Augusta Vindelicorum	22.	9.
Basilea	27.	8.
Bononia	6.	3.
Brixia	3.	1.
Bruna	1.	1.
Burgdorfium	1.	1.
Colonia	37.	4. (?)
Daventria	2.	2.
Esslinga	4.	1.
Florentia	2.	1.
Hagenoa	7.	1.

miai könyvtár (Budapesti Szemle XVII. 1863. 455. l.). — Hunfalvy Pál, Tudósítás a magyar tudományos akadémiai könyvtárról (M. Akad. Értes. 1868. 33. l.).

Locus impressionis	Quot opera?	Ex quot typographiis?
Heidelberga	1.	1.
Lauginga	1.	1.
Lipsia	11.	4.
Lugdunum	4.	3.
Mantua	1.	1.
Mediolanum	6.	4.
Memminga	3.	1.
Moguntia	2.	2.
Norimberga	44.	4.
Parisii	3.	2.
Passavia	4.	2. (?)
Patavium	3.	2.
Reutlinga	1.	1.
Roma	11.	7. (?)
Rostockium	1.	1.
Spira	4.	1.
Tarvisium	3.	3.
Ulma	10.	1.
Venetiæ	141.	54.
Verona	2.	1.
Vicentia	2.	2.
Vienna	2.	2.
Vratislavia	1.	1.
Winterburg	1.	1.

In octo autem classes hi libri distribui possunt, quarum prima est Encyclopædia

2. Theologia
3. Philosophia
4. Geographia et historia
5. Jurisprudentia
6. Litteræ
7. Scientia naturalis
8. Varia.

Ceterum de hac re accuratius in calce libri dicetur.

Antiquissimum autem opus typis impressum, quod quidem in bibliotheca nostra reperitur, est liber *Augustini de doctrina christiana seu de arte prædicandi,* quod circa a. 1465—66 Argen-

tinæ ut putant apud Mentelinum prodiit, de quo confer Maddenium.*)

Ab hoc libro secundum est opus in hunc modum inscriptum: «Gregorii Papæ Moralia» et loci, anni necnon typographi nota carens, quod si plerosque bibliographos audis, anno 1468 Basileæ ex officina Bernhardi Rodt prodiit. Denique ex libris anni notam exhibentibus antiquissimus est, qui Aurbachi Summa de sacramentis inscribitur atque Augustæ Vindelicorum a Günthero Zainer anno 1469 editus est.

Rerum patriarum studiosis autem magis credo placebunt libri illi triginta duo, quibus nonnulla ad historiam patriæ spectantia continentur, quos paucis exceptis anno 1880 in annalibus bibliographicis «Magyar Könyvszemle» descripsi.

Denique habemus etiam nonnullos libros, quorum nulla in operibus bibliographicis, quæ mihi præsto fuerunt quæque in calce huius libri enumerantur, mentio fit. Sunt autem hi:

Aesopus. Latine per Rimicium. Mediolani Gasparus de Cantono 1480. 4° (57).

Calendarium. 1483. s. l. 12° (87).

Albertanus Causidicus de arte loquendi et tacendi. Coloniæ 1486. 4° (130).

Albertus Magnus de mirabilibus mundi, s. l. et a. 4° (366).

Aristotelis Oeconomica, cum comment. Joh. Versoris, s. l. et a. (Coloniæ) Fol. (Hæc editio non est eadem atque ea quam Hain aliique norunt a me 385. loco descripta) (386).

Gesta Romanorum, S. l. et a. Fol. (415).

Mirabilia Urbis Romæ, S. l. et a. 12° (437).

Ipsum catalogum in duas partes divisi, quarum altera temporum ordine servato opera cum anni et loci nota, altera ordine alphabetico opera anni et loci vel anni tantum nota carentia exhibet. In utrorumque descriptione autem Hainium secutus sum, nisi quod scripturæ compendia ex delectorum virorum sententia quo-

*) Lettres d'un bibliographe, II. Sèr.

rum curæ historia litterarum in nostra Academia commissa est resolvi, plagularum signaturas quæ vocantur præeunte nonnunquam Eberto et initiales litteras vel spatio relicto omissas vel coloribus depictas accurate indicavi, fontes, ex quibus plenior horum librorum cognitio haurienda est, post descriptionem singulorum librorum annotavi, testimonia de prioribus singulorum voluminum possessoribus diligenter enotavi et in indice possessorum digessi, denique a quibus bibliographis libri a me descripti laudarentur significavi.

Restat ut gratias agam quam maximas Eugenio Abel viro doctissimo, qui me consilio suo iuvit atque adeo libros ad unum omnes cum mea descriptione contulit.

PARS I.

LIBRI CUM LOCI ET ANNI NOTA.

1.

1469. Augustæ Vindelicorum.

Aurbach (Johannes de). Summa de Sacramentis.

Fol. 1ª vacat. Fol. 1ᵇ tabula sic inscr.: Pro capitulis libri facilius requirendis. *F. 2ª:* Summa magistri. Iohannis. De || aurbach. Vicarij. Bambergensis. || *In fine fol. 49ᵇ:* Finit libellus diuina ecclesie sacramenta. que numero septem. et alia || quamplurima secum versans persalubria. pro viris ecclesiasticis maxime || curatis. subditorum animabus prouidere habentibus. cui titulus in capite fulgidus. || a Ginthero zeiner de Reutlingen. artis huius ingeniose magistro. || in vrbe augustensi impressus feliciter. A partu virginis salutifero || anno currente. Millesimo quadringentesimo sexagesimonono.

Fol. char. goth. s. s. c. et pag. num. 49 foll. 35 lin. c. litteris initialibus coloratis.

Maitt. I. p. 281.; Zapf A. I. p. 4.; Seemiller I. p. 22. IV.; Denis Suppl. p. 3. No. 7.; Panzer I. p. 99. 2.; De la Serna Santander II. p. 133. 191.; Laire I. p. 69. 3.; Dibdin III. p. 171. 623.; Ebert I. p. 120. 1401.; Hain I. 1. p. 266. 2124.; Brunet I. p. 569.; Holtrop p. 387. 374.

2.

1470. Augustæ Vindelicorum.

Josephus Flavius. Opera. Latine.

F. 1ª: Iosephi historiographi viri clarissimi prologus || in libros antiquitatum viginti incipit feliciter. *F. 2ª col. 2:* Josephi antiquitatis iudaice || liber primus incipit feliciter. *F. 201ᵇ col. 2:* Iosephi historiographi viri clarissimi. libri || antiquitatum numero viginti. per Johannem || Schûsler. ciuem, Augustensem finiunt feliciter || non scriptorum quidem arte. sed qua nostra || tandem etas dotata est. impressoria scilicet exarati. || Anno a natiuitate cur-

rente dominica, Mille=‖simoquadringentesimoseptuagesimo. kalendas ‖ vero iulias quarto. *F. 202ᵃ:* Iosephi de bello iudaico prologus ‖ in libros septem incipit feliciter. *Fol. 203ᵃ:* Iosephi historiographi viri clarissimi de ‖ bello iudaico liber primus incipit feliciter. *In fine f. 287ᵇ col. 1.:* Iosephi historiographi viri clarissimi. libri ‖ de bello iudaico septem. finiunt feliciter. per. Jo-‖hannem schûssler ciuem Augustensem impressi. ‖ kalendas septembris decimo. Anno vero a partu ‖ virginis salutifero. Millesimoquadringentesimo ‖ septuagesimo. ‖ Laus optimo maximo.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. c. init. lit. coloratis et primo folio affabre picto. 287 foll. 2 col. 50 lin.

Exemplar olim Comitis Ferdinandi de Egger.

Maitt. I. p. 299.; Zapf A. I. p. 6.; Seemiller I. p. 22—24. 4.; Denis Suppl. p. 5. 14.; Laire I. p. 223. 12.; Panzer I. p. 100. 5.; Dibdin. II. p. 98—101. 271.; Ebert I. p. 892. 10906.; Hain II. 1. p. 165. 9451.; Brunet III. p. 569.

Editio princeps. Textum græcum primus edidit Arnoldus Perixylus Arlenius Basileæ apud Frobenium anno 1544. ex codd. mstis Diog. Hurtadi Mendozæ. — Versio Cassiodoro tribuenda est, non Rufino, cui a multis ascribitur. Vide Muratori Antiqu. Italic. III. p. 920.

3.

1471. Augustæ Vindelicorum.

Rodericus Sanctius, Episc. Zamorensis. Speculum Vitæ Humanæ.

F. 1ᵃ: Ad sanctissimum et. B. dominum. dominum Paulum secundum ‖ pontificem maximum. liber incipit dictus speculum vite ‖ humane. Quia in eo cuncti mortales in quouis fuerint ‖ statu vel officio spirituali aut temporali speculabuntur eius artis ‖ et vite prospera et aduersa: ac recte viuendi documenta: ‖ editus a Rodorico *(sic)* zamorensi et postea calagaritano ‖ hispano eiusdem sanctitatis in castro suo sancti angeli castellano. *In fine f. 125ᵇ:* Finit liber dictus Speculum vite humane. quia in eo et ‖ cesarea potestas. et regalis dignitas. bubulcorum etiam ‖ genus sibi speculatur saluberrima simul spiritu alisque vite ‖ viros secum aduehens. papam scilicet cardinales. arciepiscopos. ‖ clericos. et ceteros ecclesie ministros: rectam et his speculandi ‖ prescribendo normam. a Ginthero zainer ex Reutlingen ‖ ciui progenito. vrbe autem commanenti Augustensi: arte ‖ impressoria in medium feliciter deditus: Anno a partu ‖ virginis salutifero Milesimo quadringen-

tesimo sep=‖tuagesimoprimo: ydus vero Ianuarias tercio. *Fol. 126ᵃ—128ᵇ Repertorium sive Tabula. Fol. 128ᵇ:* Explicit breuis tabula siue repertorium ‖ per alphabetum in presenti libro Speculum ‖ vite humane nuncupato.

Fol. char. goth. mai. s. s. c. et pp. nn. 128 foll. 35 lin. c. litt. init. pict. Folia a manu coæva minio numerata sunt.

Maitt. I. p. 305.; Zapf A. I. p. 10.; Seemiller I. p. 33. 18.; Laire I. p. 351. 31.; Panzer I. p. 100. 6.; Santander III. p. 336. 1202.; Ebert II. p. 634. 19226.; Hain II. 2. p. 224. 13940.; Holtrop p. 388. 377.; Brunet IV. p. 1344.

In fronte fol. I hæc nota manu sæc. XVIII. scripta legitur: «Bibliothecæ Augustinianæ Conuentus Leodiensis in Aureto».

4.

1471. Venetiis.

C. Juliis Cæsar. Commentarii.

F. 1ᵃ. CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM LIBER ‖ PRIMVS DE BELLO GALLICO AB IPSO CONFECTO. *F. 57ᵇ lin. 19:* A. HIRTII IN NOVISSIMVM COMMENTARIVM BELLI ‖ GALLICI PRAEFATIO. *F. 58ᵃ lin. 4:* A. HIRTII BELLI GALLICI COMMENTARIVS NOVIS-‖SIMVS. *F. 66ᵃ lin. 6.:* CAII IVLII CAESARIS BELLI CIVILIS POMPEIANI ‖ COMMENTARIVS PRIMVS. *F. 108ᵇ:* CAII IVLII CAESARIS BELLI ALEXANDRINI OPII ‖ AVT HIRTII COMMENTARIVS QVARTVS. *F. 122ᵇ lin. 7:* CAII IVLII CAESARIS BELLI AFRICI OPII AVT HIR-‖TII COMMENTARIVS QVINTUS. *F. 139ᵃ lin. 19.:* CAII IVLII CAESARIS BELLI HISPANIENSIS OPII ‖ AVT HIRTII COMMENTARIVS SEXTVS. *In fine f. 146ᵇ:* CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIOS BELLI GALLICI: ‖ CIVILIS POMPEIANI: ALEXANDRINI: AFRICI: AC HIS- ‖ PANIENSIS NICOLAVS IENSON GALLICVS VENETIIS ‖ FELICITER IMPRESSIT. M. CCCC. LXXI.

Fol. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 146 foll. 39 lin. Exemplar nitidum optime conservatum cum literis initialibus more italico sæc. XV. pictis. In margine folii primi est pictura simili modo exarata. In ima parte eiusdem folii in campo albo stemma ignotum serto virido circumdatum conspicitur, arboris truncum cum ramis et tribus radicibus exhibens.

Maitt. I. p. 303.; Laire I. p. 331.; Panzer III. p. 76. 48.; Santander II. p. 261. 366.; Dibdin I. p. 289.; 145. Ebert I. p. 255. 3248.; Hain I. 2. p. 5. 4213. Secundum *Schweigerum (II. 1. p. 39.)* editionis huius foll. 1 et 148 vacant; nostrum exemplar his duobus foliis caret.

5.

1472. Augustæ Vindelicorum.

Cassiodorus (M. Aurelius). Historia Tripartita Ecclesiastica Ex Socrate, Sozomeno et Theodoreto.

F. 1ª: In hoc corpore continentur tripertite *(sic)* historie ex Socrate Sozomeno ‖ et Theodorico in vnum collecte et nuper de greco in latinum translate ‖ libri numero duodecim. *Sequitur* «praefatio senatoris serui dei.» *Post hanc* «incipiunt tituli tripertite historie *etc.*» *F. 2ª incipit opus:* ( )Erunt antiquis principibus: *etc. In fine f. 192ª:* Historie tripertite libri numero duodecim. iam domino prestante fi=‖niunt feliciter. Non quidem cirographati; Sed ipsa. que a summo de=‖missa est. arte; Per Johannem Schûssler regie vrbis Augustensis ci=‖uem quam diligenter impressi. Anno salutifere incarnationis Christi ‖ Hiesu. Millesimoquadringentesimo septuagesimosecundo; Circiter ‖ nonas februarias, Laus almipotenti, Amen.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 192 foll. 35 lin. c. lit. init. pict. *Maitt. I. p. 311.; Zapf A. I. p. 15.; Seemiller I. p. 37. No. 2.; Laire I. p. 269. 15.; Panzer I. p. 102. 13.; Santander II. p. 276. 390.; Dibdin III. p. 244. 662.; Ebert I. p. 283. 3650.; Hain I. 2. p. 53. 4573.; Brunet I. p. 1620.; St. Gallen p. 59. 370.*

F. 2ª hæc nota manu sæc. XVI. scripta legitur: «Ex libris Monasterii Ebersdorfensis (?)».

6.

1472. Romæ.

Bonifacius VIII. Pont. Max. Liber VI. Decretalium.

F. 1ª col. 2: ( )Onifacius epis‖copus seruus ser‖uorum dei. *etc. Apparatus incipit:* ( )Via preposterus est ordo. prius humana ‖ subsidia petere. *etc. In fine f. 176ª col. 2:* Presens huius sexti decretalium preclarum ‖ opus. per uenerabiles uiros. Leonhardum ‖ pflugel et Georgium lauer. Rome impressum ‖ Anno domini. M. CCCC. LXXII. die vero XXIIII. ‖ mensis octobris. Pontificatus. S. in Christo ‖ patris et domini nostri domini Sixti diuina prouidentia ‖ pape Quarti. Anno eius secundo. finit feliciter.

Fol. textus char. goth. glossa char. rom. minusc. s. s. c. et pp. nn. 176 foll. (in hoc exemplari 66—71 foll. desunt) 2 col. In glossa 64—65 lin., c. lit. init. colore rubro et cæruleo pictis.

Maitt. I. p. 312.; Panzer II. p. 433. 96.; Santander II. p. 238. 330.; Hain I. 1. p. 493. 3589.; Brunet I. p. 1100. apud quem in subscriptione falso «*23. mensis octobr.*» legitur; in nostro sane exemplari numerus romanus XXIIII. clare impressus est.

7.

1473. Augustæ Vindelicorum.

Aegidius Columna s. De Roma. De Regimine Principum Libri III.

Fol. 1ª: Prologus in librum de Regimine princi-‖pum. editus a fratre Egidio romano. or‖dinis fratrum heremitarum sancti Augu‖stini incipit feliciter. *Sequitur tabula capitulorum inde a fol. 1ª col. 2 usque ad fol. 4ª col. 2 lin. 13. — Fol. 4ᵇ vacat. F. 5ª incipit opus:* Quis sit modus procedendi in regi-‖mine principum Ca. 1. *In fine f. 129ª col. 2:* Egidii romani. Libri numero tres de ‖ regimine principum. Arte quidem im-‖pressoria exarati finiunt feliciter. Anno a ‖ partu virginis salutifero. Millesimoqua-‖dringentesimoseptuagesimotercio. Vice-‖sima septima mensis Junii:

Fol. char. rom. s. s. c. pp. nn. et nom. typ. 129 foll. 2 col. 54 lin. c. lit. init. xylograph. coloratis. Tituli columnarum litt. maiusc. pp. superpositi sunt.

Maitt. I. p. 331.; Zapf A. II. p. 212.; Panzer I. p. 103. 20. (Günth. Zainer. Aug. Vind.); *Santander II. p. 6. 6.; Ebert I. p. 12. 122.; Hain I. 1. p. 14. 107* (Günth. Zainer. Aug. Vind.); *Brunet I. p. 57.*

8.

1473. Laugingen.

Augustinus (S. Aurelius). De Consensu Evangelistarum.

F. 1ª: Liber beati. Augustini ypponensis episcopi de. Consensu ‖ euangelistarum. partitus in quatuor libros incipit feliciter. ( )Nter omnes diuinas autoritates *etc. In fine f. 106ᵇ:* Liber. Beati. Augustini. Ypponensis. Episcopi de Consensu ‖ euangelistarum. explicit feliciter. In ciuitate. Laugingen. Im‖pressus. Anno a partu virginis salutifero. Millesimoquadrin‖gentesimoseptuagesimotercio. Pridie. Idus. Aprilis. *F. 107. vacat.*

Fol. semig. char. s. s. c. 107 foll. 37 lin. c. lit. init. xylogr. pictis.

Maitt. Ind. p. 499.; Götze II. p. 515.; 690. Panzer I. p. 470. 1. («Nomen typographi latet. Est forte opus transeuntis cuiusdam opificis.»)

Santander II. p. 124. 180 (falso 135 foll.); *Ebert I. 119. 1380.*; *Hain I. 1. p. 249. 1981.* (106 foll.); *Falkenstein p. 173.*; *Reichhart p. 9.* (106 foll.).

Bibliographi hoc opus 105 vel 106 foliis constare falso referunt nam cum folio ultimo vacuo opus folia 107 numerat.

9.

1473. Ulmæ.

Boccacius (Joannes). Compendium de Præclaris Mulieribus.

F. 1—2 tabula: «Libri Iohannis Boccacij de Certaldo de mulieribus claris ad andream de acciarolis de florencia alteuille comitissam ..... Rubrice incipiunt feliciter. *F. 3ª (c. num 1.):* Iohannes boccacius de Certaldo mulieri clarissime ‖ andree de acciarolis de florentia alteuille comitisse. *F. 118ª:* Conclusio; *In fine eiusdem folii legitur colophon:* Liber Iohannis boccacij de certaldo de mulieribus claris, ‖ summa cum diligentia amplius solito correctus, ac per ‖ Iohannem czeiner de Reutlingen, vlme impressus finit ‖ feliciter. Anno domini M° cccc° lxxiij.

Fol. char goth. s. s. c. cum. numeris foll. 2 non num. +116 num. = 118 foll. litt. init. et figg. pictis ligno incisis.

Maitt. I. p. 322.; *Freytag An. p. 132.*; *Zapf Sch. p. 49. 5.*; *Laire I. p. 294. 2.*; *Panzer III. p. 528. 3.*; *Santander II. p. 218. 301.*; *Dibdin IV. p. 580—587.*: «There are also very few books of the same date, which display equal spirit of execution; and if the printer had shewn the skill of modern typographers in working the blocks, very tittle would have been wanting to render this a brilliant, as well as an interesting production of early art.» *Ebert I. p. 210. 2596.*; *Hain I. 1. p. 456. 3329.*; *Hassler p. 95. 21.*; *Reichhart p. 18.*; *Brunet I. p. 990.*

10.

1473. Ulmæ.

Durantus (Guillelmus). Episc. Rationale Divinorum Officiorum.

F. 1ª col. 1: «Rationalis (diuinorum offitiorum) libri registrum ‖ sub numero foliorum Rubricas per ordinem bre‖uissime enumerans, *etc. F. 1. 2. Index. F. 3ª (quod ornamento ligno inciso decoratum est) col. 1:* Rationale diuinorum ‖ offitiorum incipit. *In fine f. 269ª col. 1:* Rationalis presens diuinorum officiorum liber .... capita‖lium decoratus venustate ast rubricacionibus ‖ accuratius distinctus. Per discretum iohannem ‖ zei-

ner ex Rûtlingen procreatum vrbe Vlm || commorantem cum diligentia impressus. Cum || trinitatis summe et indiuidue adiutorio consum||matus Anno domini Millesimo quadringentesimo || septuagesimo tercio, die tercio vero decembris.

Fol. mai. char. goth. s. s. c. cum num. foll. 2 non num. + 267 num. = 269 foll., 2 col. 50 lin. Folium ultimum typographi errore CCLXIIII numeratur. Hoc opus ex 267, non 266 foliis numeratis constat, altera enim folii 78. pagina fol. LXXIX. signatum est.

Maitt. I. p. 322. et p. 332. nota; Zapf Sch. p. 53. 7.; Laire I. p. 300. 9.; Panzer III. p. 528. 2.; Santander II. p. 387. 565.; Ebert I. p. 508. 6515.; Hain I. 2. p. 291. 6474. qui 2 foll. non num. + 264 foll. num. numerat; *Hassler p. 96. 20.; Brunet II. p. 905.*

In tegumento libri tabula xylographica picta coæva resurrectionem Domini exhibens agglutinata est.

11.

1473. Ulmæ.

Petrarca (Franciscus). Epistola de Insigni Obedientia et Fide Griseldis.

F. 1.ª c. ornam. xyl.: INCIPIT. EPISTOLA. FRANCISCI. PETRAR||CHE. DE. INSIGNI. OBEDIENTIA. ET. FIDE. || VXORIA. GRISELDIS. IN. WALTHERVM. *Deest fol. 10, in quo hoc colophon legitur: «Vlme impressum per Iohannem zeiner de || Reutlingen Anno domini. 1.4.7.3.*

Fol. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 10 foll. (in hoc exempl. 9.) 29—31 lin. c. lit. init. xylogr.

Maitt. I. p. 329.; Zapf Sch. p. 48. 4. qui falso fol. 19. commemorat; *Laire I. p. 310. 17.; Panzer III. p. 529. 4.; Santander III. p. 254. 1082.; Ebert II. p. 366. 16460.; Hain II. 2. p. 86. 12814.; Hassler p. 95. 18.; Brunet IV. p. 569.*

12.

1474. Augustæ Vindelicorum.

Vincentius Bellovacensis. Ord. Praed. Speculum Historiale. I. II. III.

Vol. I. F. 1ª: Incipit Prologus Fratris Vincenncij de || Burgundia Ordinis predicatorum in librum || qui dicitur Speculum Hystoriale. Dilecto deo et hominibus *etc. F. 7. col. 2. lin. 27.:* EXPLICIT PROLOGVS || Incipit Liber Primus Speculi Hystoria- || dis. Qui continet Omnium temporum hystoriam. *In fine f. 326ª*

col. 2.: Explicit prima pars speculi historialis vin‖cencij continens libros decem. *F. 326ᵇ vacat. F. 327ᵃ col. 1:* Incipit Registrum capitulorum prime partis spe‖culis hystoriali fratris vincentij de burgundia ‖ *F. 335ᵇ col. 2:* Explicit registrum capitulorum decem librorum ‖ prime partis speculi hystopealis *(sic)* fratris vin=‖centij. *F. 336 vacat.*

Vol. II. F. 1ᵃ: Incipit Registrum secunde partis, spe=‖culi hystorialis Vincencij. *F. 9ᵇ col. 2:* Explicit registrum secunde partis speculi hy‖storialis vincencij. *F. 10ᵃ:* Incipit speculi hystorialis Vincencij pars se‖cunda. Liber vndecimus. De imperio Va‖leriani et Galieni et passione sancti dyonisij ‖ alexandrini. Eusebius in cronicis. Capitulum. primum ‖ ( )OMANORVM igi=‖tur *etc. F. 331ᵃ col. 2:* Secunda pars speculi hystorialis fratris vin‖cencij. Et vicesimusprimus liber in ordine to‖tius voluminis finit feliciter.

Vol. III. F. 1ᵃ: Incipit Registrum tercie partis, speculi ‖ hystorialis Vincencij. *F. 10ᵇ col. 2:* Explicit Registrum. *F. 11ᵃ:* Tercia pars speculi hystorialis fratris vincencij ‖ Et vicesimussecundus liber in ordine totius ‖ voluminis Incipit feliciter. ‖ De Imperio mauricii *etc. F. 371ᵇ col. 1:* Explicit tricesimus ‖ primus liber · : ·

Codicis insignis quin periodus quoque finis
Fauste nunc annotatur agente deo.
In partes hunc sectum tres augustaque lector
Impressa litera dedit ecce tibi.
Hystorie seriem cuiusuis complicat in se.
Hystoricum speculum cui bene nomen erit
Illustris sentencia tempore quolibet apto
Omnis et inseritur florida queque viri.
Auctoris nomen Vincentius. ordine fertur
Prediquecator. burgundia sed patria.
M. cccc. lxxiiij.

Fol. mai. s. s. c. pp. num. et typ. n. P. I. 336 foll., II. 331 foll., III. 371 foll. 2 col. 32 lin. c. lit. init. pict.

Maitt. I. p. 342. «per Io. Fust. Mogunt. 1474.» falso. nam hæc editio Augustæ Vindelicorum in monast. S. Udalrici et Afræ impressa est. Vide *Zapf A. I. p. 31.:* «Auch dieses ungeheure historische Werk, so gut als es jene Zeiten zugelassen haben, und der Geschmack gewesen ist, soll ebenfalls in der Druckerey zu St. Ulrich in Augsburg gedruckt worden seyn. — Wenn ich annehme, dass sich der Dichter in dem dritten Verse einige Freyheit herausgenommen, und das

Wort augusta Augsburg bezeichnet, so könnte mans dem Kloster zueignen. Wenigstens sprechen Stengel und Khamm in ihren bekannten Werken dem Kloster das Wort. In Zweifel kann es nicht wohl gezogen werden. Warum aber das Kloster bei keinem der Werke, das aus derselben Presse gekommen ist, den Ort Augsburg und das Kloster selbst bemerkt hat, weiss ich nicht, und schwerlich wird man es in demselben selbst sagen können, denn die Freyheit zu drucken wird das Kloster damals eben so gut gehabt haben, wie die Stadt, sonst hätte man sich schon bei Erkaufung der Druckerey widersetzt.» *Panzer* I. p. 104. 24. (Aug. Vind. Mon. Udalr. et Afr.); *Denis Suppl.* p. 786. 324. ex annunciatione operis, quam thecæ codicis cuiusdam interius adglutinatam invenit, librum Augustæ in monasterio Udalrici et Afrae impressum esse demonstrat. Literæ Sorgianæ sunt, unde Typographeum prædicti Monasterii aut easdem cum Ant. Sorgio formas habuit, aut Sorgium ad excudendum istud opus conduxit. *Ebert II. p. 1034. 23613.* Apud *Hainium* deest. *Brunet V. p. 1256.*

In fronte primæ paginæ unius cuiusque voluminis hæc inscriptio legitur: «Monasterij Ochsenhausani». Partis I. II. huius operis duo exemplaria habemus.

13.

1474. (Esslingæ.)

Gorichem (Henricus de), Ord. Min. Tractatus de Prædestinatione et Reprobatione Divina.

F. 1ª: Tractatus de predestinatione et reprobacione diuina ‖ Magistri heinrici de gorichem sacretheologie professoris etc. *F. 9ª:* Explicit tractatus de predestinacione et reprobacione diuina com‖pilatus per venerabilem virum heinricum de gorihem in ar=‖tibus magistrum. ac sacre theologie professorem eximium jn alma ‖ vniuersitate studij coloniensis. Anno domini m. cccc. lxxiiij *Fol. 9ᵇ:* Incipit tractatus magistri heinrici gorichem ‖ de symonia circa sepulturam accidente *F. 15ᵇ:* Incipit determinacio quotlibetica magistri johannis de mechilinia doctoris eximij *F. 19ª lin. 13:* Explicit determinacio quotlibetica magistri Johannis ‖ de Mechilinia doctoris eximij coloniensis. *F. 19ᵇ:* Contenta huius opustuli *(sic). F. 20ª:* De valore et vtilitate missarum pro defunctis celebratarum per sacre theologie pro‖fessorem Jacobum ordinis Carthusiensis. edita *F. 26ª lin. 15:* Et sic est finis huius operis. anno m. cccc. lxxiiij. *F. 26ᵇ:* Vtrum perfecta dei opera possint impediri demonis ‖ malicia. Contra primum arguitur sic. *In fine f. 28ᵇ lin. 23:* Explicit determinacio Eximij et disertissimi doctoris sacre the‖ologie Magistri johannis de mechilinia habita in uniuersitate co=‖loniensi in scolis artistarum in quotlibet.

Fol. goth. char. s. l. et typ. n. s. s. c. et pp. num. 28 foll. 36—38 lin. c. lit. init. pict.

Denis Suppl. p. 37. n. 227.; Zapf Sch. p. 178. 18.; Laire I. p. 338.; Panzer I. p. 380. 4.; Hain I. 2. p. 486. 7805 (Esslingæ Conr. Fyner). Denique *St.-Gallen Bibl. p. 104. 627.*, ubi liber tanquam loco et anno impressionis carens affertur. A plurimis bibliographis autem, quibus ego quoque assentior, liber anno 1474 non solum scriptus sed etiam impressus esse putatur.

14.

1474. Romæ.

Lactantius (Lucius Cœlius Firmianus). Opera.

F. 1ª: Johannis Andreae Episcopi Aleriensis ad Paulum ‖ II. Venetum Pont. Max. epistola. *Data est:* Romae anno natalis dominici M. CCCC. LXX. Pontificatus tui floridissimi Anno Sexto. *F. 1ᵇ:* Lactantii Firmiani de diuinis institutionibus ‖ aduersus gentes rubricae libri primi incipiunt. *Sequuntur rubricae omnium Lactantii operum. F. 11ᵇ:* Lactantii Firmiani errata primi libri quibus ‖ ipse decaeptus est. per fratrem Antonium Rau=‖densem theologum collecta et exarata sunt. *Sequuntur septem librorum errata ab eodem collecta. F. 13ᵇ:* His carminibus frater Adam genu‖ensis increpat fratrem Antonium. *F. 14. vacat. F. 15ª:* Ad R. P. D. Dominicum Episcopum Brixien‖sem. S. D. N. Papae Vicarium Lactantii Firmia=‖ni emendatio per Angelum Cneum Sabinum ‖ Poetam laureatum. *F. 15ᵇ:* Lactantii Firmiani institutionum diuinarum aduersum ‖ gentes Libri primi praefatio. ad Imperatorem Constantinum ‖ Quanta sit. et semper ueritatis appetitio fuerit. quodque nec ‖ sine religione sapientia. Nec sine sapientia sit probanda reli‖gio. Capitulum primum. *F. 214ᵇ:* Diuinarum institutionum aduersus gentes Lactantii ‖ Firmiani liber septimus atque ultimus explicit. ‖ Lactantii Firmiani de Ira dei ad Donatum ‖ Liber Incipit. *F. 235ª:* Lactantii Firmiani de opificio dei uel for=‖matione hominis Liber. ad Demetrianum ‖ auditorem suum. *F. 253ᵇ:* Lactantii Firmiani De Phoenice Carmina, *quibus f. 256ª subiunguntur Ovidii Dantaeque de Phoenice loci praeclari. F. 256ª:* Lactantii Firmiani de resurrectionis dominicae die. *In fine f. 257ᵇ:* Praesens Lactantii Firmiani praeclarum opus: Alma in urbe ‖ Roma totius mundi regina et dignissima imperatrice: quae ‖ sicut caeteris urbi-

bus dignitate praeest: ita ingeniosis uiris || est referta: non attramento plumali calamo neque stilo aereo: || sed artificiosa quadam adinuentione imprimendi seu ca-||racterizandi sic effigiatum ad dei laudem industriaeque est || consumatum. per Vdalricum Gallum Alamanum et Symonem || Nicolai de Luca. Anno domini. MCCCCLXXIIII. Die || uero XII. mensis Februarii. Pontificatu uero Sixti diuina || prouidentia Papae quarti anno eius tertio. *F. 258. caeteroquin vacuum exscissum est. F. 259*:* Registrum huius libri.

Fol. char. rom. maiusc. s. s. c. et pp. nn. 259 (in nostro exempl. 258) foll. 37 lin. c. lit. init. pict.

Maitt I. p. 332.; Laire Typogr. Rom. p. 202.; Laire I. p. 341. 29.; Panzer II. p. 444. 142.; Santander III. p. 93. 825.; Dibdin I. p. 214. 97.; Ebert I. p. 954. 11594.; Hain. II. 1. p. 225. 9811.; Brunet III. p. 375.

Hunc librum Comes J. Teleky anno 1833. pro 50 florenis Mon. Conv. a Matthæo Kuppitsch bibliopola Vindobonensi emit.

15.

1474. Ulmæ.

Berchorius (Petrus) S. Ord. Bened. Liber Bibliæ Moralis.

F. 1:* Liber biblie moralis expositionum || interpretationumque, historiarum ac || figurarum, veteris nouique testamenti || per-optimus incipit feliciter. *In fine f. 266* col. 2:* Infinita dei clementia. Finitus est || liber moralizationum biblie in eiusdem || laudem et gloriam compilatus. ac per in-||dustrium Iohannem zeiner de Reutlingen || artis impressorie magistrum (non penna sed || stagneis caracteribus) in opido Vlmensi artificialiter effigatus. Anno incar-||nationis domini Millesimoquadringentesimo-|| septuagesimoquarto: die vero aprilis nona.

Fol. mai. char. goth. s. s. c. et pp. n. 266 foll. 2 col. 50 lin. c. lit. init. ligno incis. et cum tit. column.

Maitt. I. p. 341.; Denis p. 35. 207.; Zapf Sch. p. 60. 9.; Panzer III. p. 529. 5.; Ebert I. p. 165. 2041.; Hain I. 1. p. 362. 2794.; Brunet I. p. 818.

Hic liber olim «Loci FF. Capucinorum Imenstadii» erat.

16.

1475. Burgdorfi.

Jacobus de Clusa. Tractatus de Apparitionibus Animarum post Exitum Earum a Corporibus etc.

F. 1ª: Tractatus de apparitionibus animarum post exitum || earum a corporibus. et de earundem receptaculis. editus || in erdfordia ab excellentissimo viro Iacobo de Clusa || ordinis cartusiensis. sacre pagine professore doctissimo. || ( )ogamus vos ne *etc. In fine f. 25ᵇ expl.:* benedictus in secula. Amen. *F. 26ª:* Explicit tractatus eximii doctoris Iacobi de clusa || ordinis cartusiensis de apparitionibus et receptaculis || animarum exutarum. impressus in opido Burgdorf Anno || domini millesimoquadringentesimoseptuagesimoquinto || *Sequitur* Ordo foliorum.

Fol. char. goth. mai. s. s. c. pp. num. et typ. n. 26 foll. 33 lin. Litteræ initiales pictæ sunt.

Maitt. I. p. 356.; Seemiller I. p. 69. 7.; Pfeyffer Beytr. I. p. 127. n. XII. ubi plura de hoc libro reperies. Ille verisimile putat, hunc librum Burgdorfi in Helvetia Bernensis ditionis oppido impressum esse.

Laire I. p. 358. 13.; Panzer I. p. 266. 1.; Santander II. p. 338. 491.; Ebert I. p. 373. 4848.; Hain I. 1. p. 152. 9349.; Falkenstein p. 271.; Holtrop p. 480. 857.; Reichhart p. 5.; Brunet II. p. 111.

In inferiore parte folii 26ª legitur nomen antiqui possessoris manu sæc. XVI. minio inscriptum: «M. Eüsebiüs Begerus Reutlingensis est meus possessor». A. 1841 Matthæus Kuppitsch bibliopola Vindobonensis M. Comiti Sam. Teleky pro 24 flor. Conv. Mon. vendidit.

17.

1475. Esslingæ.

Niger (Petrus). Contra Perfidos Judæos de Conditionibus Veri Messiæ.

F. 1ª: Ad Reuerendissimum in Christo patrem ac dominum. sancte ecclesie Ratispo||nensis Episcopum. Prefacio fratris petri Nigri. Ordinis predicatorum In || tractatum contra perfidos Iudeos de condicionibus veri messie id est Christi uel vncti || ex textibus hebraicis. latinorum elementis utcunque figuratis confectum felici=||ter Incipit || EAque ad honorem sanctissime *etc. F. 43ᵇ expl.:* publico sermone depinxi. Acta autem sunt hec In inclita ciuitate || Ratisponensi. Anno domini millesimo CCCClxxiii.

tempore paschali || Explicit tractatus Ad Iudeorum perfidiam exstirpan||dam confectus per fratrem Petrum Nigri Ordinis predi|| catorum Vniuersitatum Montispessulani in francia. sala||mantine in hispania. friburgensis ac Ingelstetensis In || Alamannia. situatarum. Baccalarium In theologia forma||tum In ligua *(sic)* hebraica proficientem Qui et ipso corrigen||te Inpressus *(sic)* est per discretum ac Industrium virum Conra||dum Fijner de gerhussen. In Esslingen Imperiali || villa. ac completus Anno ab Incarnacione domini Millesimo || cccclxxv die sexta Junij *Folia sex quae nomina librorum veteris testamenti, explicationem alphabeti hebraici et decem praecepta decalogi hebraice latinis litteris impressa continent, in nostro exemplari post fol. 11. sequuntur.*

4° mai. char. goth. mai. et min. s. s. c. et pp. nn. 49 foll. c. lit. init. xyl. quorum plures expictæ sunt.

Maitt. I. p. 345.; Freytag An. p. 634.; Seemiller IV. p. 2.; Zapf Sch. p. 161. 3.; Laire I. p. 370. 33.; Panzer I. p. 380. 6.; Santander III. p. 204. 1001.; Dibdin III. p. 432. 740.; Hain II. 1. p. 506. 11885.; Falkenstein p. 173.; Brunet IV. p. 78.

18.

1475. Ulmæ.

Aquino (Thomas de). Quæstiones de Duodecim Quodlibet.

F. 1ª: Incipiunt tituli questionum de duodecim quodlibet. || Sancti thome de aquino. ordinis predicatorum secundum ordinem || alphabeti assignati. *etc. F. 7ᵇ:* Finiunt tituli Feliciter. *F. 8ª:* Questiones de quodlibet sancti Thome de || aquino. ordinis fratrum predicatorum incipiunt feliciter. || Articulus primus. || Quesitum est de deo *etc. In fine f. 231ᵇ:* in carcere vel alio modo. || Immensa dei clementia finitur Quodlibet liber sancti || Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum in eiusdemque || gloriam compositus. Impressus Vlm per Iohannem czainer || de Rûtlingen. Anno domini. Millesimoquadringentesimo=||septuagesimoquinto. Pro cuius consummatione Rex regum || laudetur in secula benedictus Amen.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 231 foll. 34 lin. c. lit. init. ligno incis., quæ non sunt expictæ.

Maitt. I. p. 356.; Zapf Sch. p. 65. 13.; Panzer III. p. 531. 12.; Hain I. 1. p. 167. 1403.; Hassler p. 100. 31.

Fol. 231ᵇ post colophon hæc annotatio coæva legitur: «liber iste

est fratris Iohannis Lehner (?) ordinis beate Marie de monte carmeli tunc temporis terminarius in Wolfsperg et conventualis in Voyczperg». Et in tegumento libri a manu sæc. XVI: «Possessor huius libri est M. Iohannes Ant. Chumar Parochus in Nestlpach».

19.

1475. Ulmæ.

Rampigollius (Antonius), Ord. Fratr. S. Aug. Aurea Biblia.

F. 1—13ª tabula alph. quae incipit a verbo: (A)bstinentia valet ad multa. *Explicit vocabulo:* Zelus malus *etc. F. 13ª lin. 12:* Finiunt tituli feliciter. *13ᵇ vacat. F. 14ª:* Liber manualis ac introductorius in biblie historias || figurasque veteris ac noui testamenti peroptimus Aurea || biblia vocitatus Incipit feliciter. *In fine fol. 158ª:* Vigore infiniti entis explicit liber. bonus. et perutilis || Aurea biblia. ve. ac. no. te. appellatus. Vlm diligenter per || Iohannem zeiner de Rütlingen artifitialiter effigiatus. || Anno legis gracie. M. cccc. lxxv. die altera post viti et || modesti martirum Cui sit honor et gloria in secula || seculorum. amen. etc.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 158 foll. 32—34 lin. c. lit. init. ligno incisis et pictis. In superiore margine capitulorum numeri notantur.

Maitt. I. p. 355.; Seemiller I. p. 68. 6.; Zapf Sch. p. 67. 15.; Laire I. p. 374. 39.; Panzer III. p. 530. 10.; Santander III. p. 311. 1166.; Hain II. 2. p. 190. 13681.; Brunet I. p. 246.; Hassler p. 99. 29.

20.

1475. Venetiis.

Ales (Alexander de) Ord. Min. Super Tertium Sententiarum.

F. 1ª: ( )Ec est tabula questionum huius libri || tertii hic contentarum. *etc. F. 8ª col. 2:* Explicit tabula questionum super tertium Alexan||dri de Ales ordinis minorum. *F. 8ᵇ.* Registrum. *F. 9ª:* ( )Ota chri||stiane fidei disciplina || pertinet ad duo. *etc. In fine f. 378ᵇ col. 2:* istud symbo||lum. Amen. || Hic finis prebetur operis solennis domini Alexan||dri de Ales ordinis minorum Theologi famo||sissimi super tertium sententiarum: quod peropti||me emendatum: Uenetiis impressionem ha||buit impensis Iohannis de Colonia sociique || eius Iohannis manthen de Gheretzem An||no a natali christiano. M°. CCCC°. LXXV°. *F. 379 vacat.*

Fol. char. goth. c. 2—4, + a8—Z8 + aa—qq4 sign. s. c. et pp. nn. 379 foll. 2 col. 52 lin. c. lit. init. pict.

Maitt. I. p. 345.; Panzer III. p. 108. 187. ubi falso 400. folia huic editioni tribuntur; *Santander II. p. 40. 60.; Ebert I. p. 37. 401.; Hain I. 1. p. 72. 647.; Brunet I. p. 158.*

In fronte folii primi legitur: «Conuentus Viennensis Ord. Præd.»

21.

1475. Venetiis.

Perotti (Nicolaus). Rudimenta Grammatices.

F. 1a: CALPhurnius Brixiensis Antonio Moretto Brixiensi || Amicorum Optimo Sal. Pl. || ( )Vae ad altioris *etc. Expl.:* explodi se sentient. || Vale. *F. 2a:* NICOLAI PEROTTI PONT. SYPONTINI AD || PYRRHVM PEROTTVM NEPOTEM EX FRA||TRE SVAVISSIMVM RVDIMENTA || GRAMMATICES. *In fine f. 110a:* Nicolai Perotti Pont. Sypontini Ad Pyrrhum Nepotem || ex Fratre Suauissimum Rudimentorum Grammatices Finis. || Impressum quidem est hoc opus per Magistrum Gabrielem Petri || de Taruisio Maxima Arte ac diligentia Anno Christi. M. CCCC. || LXXV. Duodecimo Cal. Ianuarias.

4o mai. char. rom. cum i—p8 sign. (1—65 foll. carent sign.) s. c. pp. nn. 110 foll. 36 lin. init. pictæ sunt.

Denis Suppl. p. 53. 341.; Panzer III. p. 111. 210.; Hain II. 2. p. 65. 12648.; Brunet IV. p. 504.

22.

1476. (Augustæ Vindelicorum.)

Paulus II. Pont. Max. Regulæ Cancellariæ Apostolicæ.

F. 1a: REGVLE ORDINATIONES. || et constitutiones Cancellarie Sanctissi||mi domini nostri domini Pauli diuina prouiden||tia pape Secundi scripte et correcte in Can||cellaria Apostolica. || SANCTISSIMVS IN CHRISTO || pater. *etc. F. 47a:* Anno incarnationis domi-||nice MCCCCLXX. Pontificatus sui anno Sep-||timo *F. 47b et 48 vacant. F. 49a—62b haec sequuntur: Bulla de beneficiis affectis, Iohannis Papae XXII constitutio, Benedicti papae XII. reservatio ad regimen, bulla contra Simoniacos, bulla de casibus reservatis, privilegium curialium. F. 62a:* Termini causarum in romana Curia servari || soliti In causa benefi-

F. 1ᵃ tit.: Modus epistolandi ‖ Francisci Nigri cum epistolis ex=‖emplaribus annexis. *F. 1ᵇ tabula:* Opusculum epistolarum familiarium et artis earundem scri=‖bendi maxime in generibus viginti. Ad que tamen singule quas ‖ nunc vtimur speties reducuntur Suntque genera videlicet. *F. 2ᵃ:* Opusculum scribendi Epistolas Francisci Nigri Incipit foeliciter. ‖ Franciscus Niger Uenetus doctor Clarissimo viro Iacobo ‖ geroldo Styro Cnitelfeldensi. patauini gymnasij moderatori ‖ excellentissimo ac vtriiusque *(sic)* virtutis cultori felicitatem. *Opus incipit fol. 2ᵇ. F. 45ᵃ expl. F. 45ᵇ:* Iacobus geroldus styrus Cnite.feldensis. bonarum artium ‖ Doctor. ac patauine achademie moderator Excellentissimo ‖ doctori Francisco nigro veneto tam oratorum quam poetarum ‖ principi felicitatem. *In fine huius epistolae:* Finit foeliciter Anno. M.cccc.xcvij.

4° char. goth. cum A_{ij} — H_{ij} sig. s. c. et pp. nn. 45 foll. 34 lin. Litt. init. non sunt expictae. s. c.

Panzer IV. p. 67. 592.; Hain II. 1. p. 505. 11876. (Lipsiae Conr. Kachelofen.)

Liber olim (saec. xvi.) »Erhardi leutenburgk.«

284.

1497. Argentinae.

Biblia Latina.

F. 1—8 desunt. Hoc exemplar incipit f. 9ᵃ: INcipit epistola beati ‖ Hieronymi ad Paulinum presbyterum ‖ de omnibus diuine historie libris. *F. 11ᵇ col. 2:* Incipit liber Genesis ‖ qui dicitur

hebraice bresith. *F. 240ᵃ col. 1 lin. 29:* Explicit psalterium. || Epistola sancti hyeronimi presbyteri ad || chromacium et heliodorum episcopos de li=||bris salomonis. *F. 378ᵃ col. 1:* Explicit secundus liber Machabeorum. || Incipit epistola beati Hieronimi ad Da||masum papam in quattuor euangelistas. *In fine f. 471ᵇ col. 2:* Finit Biblia cum concordantijs ve||teris et noui testamenti. Argenti||ne impressum Anno domini M.cccc.xcvij. || Sexto vero kalendas Maij. *F. 472 deest. F. 473ᵃ:* Incipiunt in||terpretationes hebraycorum no||minum secundum ordinem alphabeti. *Expl. f. 492, quod deest.*

Fol. char. goth. (interpret. cum char. min.) cum a — z_{iiii} + aa — zz_{v} + A — Z_{iiij} + a — b_{vi} sig. s. c. et pp. nn. 492 foll. (in nostro exemplari 482 foll.) 2 col. 54 lin. (interpr. 4 col. 75 lin.) cum inscr. col. et marg. Litt. init. rubro et caerul. colore expictae sunt.

Maitt. I. p. 631.; Pray I. p. 144.; Denis Suppl. p. 422. 3576.; Seemiller IV. p. 93. 87.; Panzer I. p. 60. 329.; Hain I. 1. p. 415. 3122.

285.

1497. Augustae Vindelicorum.

Schedel (Hartmannus). Liber Chronicarum.

F. 1ᵃ tit. registr.: REgistrum huius || operis libri cronicarum || cum figuris et yma=||ginibus ab inicio mun||di vsque nunc temporis. *F. 2ᵃ col. 1:* Tabula operis huius de || temporibus mundi vt hystoriarum rerumque cete-||rarum ac vrbium in se sparsim varieque conscriptarum *etc. F. 25ᵃ col. 2:* Finit Registrum *F. 25ᵇ* et *26 vacant. F. 27—28 mappa. F. 29ᵃ tit. operis:* LIber cronicarum || cum figuris et yma=||ginibus ab inicio mun||di vsque nunc temporis *F. 29ᵇ:* Epitoma operum sex || dierum de mundi fabri||ca. *Expl. f. 30ᵃ col. 2. F. 30ᵇ icon xylogr. F. 31ᵃ fig. ligno incis.:* IN principio creauit || deus celum et terram. *In fine f. 366ᵃ col. 2:* Finit hic feliciter liber Cronicarum cum || figuris et imaginibus ab initio mundi vs||que nunc temporis Impressum ac finitum || in vigilia purificationis Marie in imper||iali vrbe Augusta a Iohanne Schen||sperger. Anno ab incarnatione domini || M. cccc. xcvij.

Fol. char. goth. cum 2 — 17 + a_{ij} — z_{iiij} + A_{i} — Z_{iiij} + AA_{i} — OO_{iiij} sig. et pp. nn. 28 non num. + 338 num. = 366 foll. 2 col. 51 lin. cum fig. xylogr., inscr. pag. et litt. init. ligno incis. s. c.

Maitt. I. p. 634.; Zapf Augsb. I. p. 120.; Seemiller IV. p. 90. 68.;

Panzer I. p. 125. 155.; Ebert I. p. 322. 4147. nota; Hain II. 2. p. 294. 14509.; Holtrop p. 390. 392. (364 foll.); *Brunet I. p. 1860.; St. Gallen Bibl. p. 218. 1301.* (338 foll.).

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra, quorum alterum mancum est.

286.

1497. Basileae.

Quadragesimale de Filio Prodigo.

F. 1ª tit.: Quadragesimale || nouum editum ac predicatum a quodam || fratre minore de obseruantia in inclita ci||uitate Basiliensi. de filio prodigo et de an||gelo ipsius ammonitione salubri per ser-||mones diuisum. *F. 1ᵇ:* In sermones de filio prodigo Car-|| mina Sebastiani Brant Doctoris || vtriusque iuris. *F. 2ª:* Incipit quadra||gesimale nouum edi-||tum et predicatum a || quodam fratre minore || de obseruantia de filio || prodigo in inclita ciui||tate Basiliensi. Anno || domini. M.cccc.xciiij. || Incipit prefaciuncula. *F. 4ª col. 2:* Explicit Prefatio. *F. 4ᵇ icon xyl. et infra:* Hec figura declarat historiam seu parabolam filij pro||digi: *etc. F. 5ª:* Incipit tractatus || de filio prodigo diui-||sus per sermones. || Sermo. I. dominice. 1. *F. 224ª:* Explicit quadragesimale de perfecta || conuersione peccatoris ad deum per || veram penitentiam sub parabola fi-||lij prodigi exaratum. Impressum Basi||lee per Michaelem furter Ciuem Ba||siliensem. Anno incarnationis domini. M.||CCCC.XCVII. *Sequuntur insignia typogr. cum litt. MF. F. 225—231 desunt.*

8° char. goth. mai. et min. cum a_{ii} — z_{iiij} + A — E_{iiij} sig. s. c. et pp. nn. 231 foll. (in hoc exemplari 224) 2 col. 34 lin. cum inscr. pag. fig. ligno incis. et litt. init. expict.

Maitt. I. p. 641.; Denis Suppl. p. 433. 3672.; Seemiller IV. p. 83. 28.; Panzer I. p. 182. 217.; Hain II 2. p. 183. 13629.; Stockmeier et Reber p. 79.; Brunet IV. p. 994.

F. 1ª haec nota saec. xv. legitur: «Liber Carthusiae in Sualb».

287.

1497. Coloniae.

Boethius (A. T. S.). De Consolatione Philosophiae cum Commentario Thomae de Aquino.

F. 1ª tit.: Boetij viri celeberrimi de conso=||latione phylosophie liber cum op=||timo commento beati Thome || Colonia ||

Deinde fig. xyl. magistri cum 4 discipulis. F. 1ᵇ: Incipit tabula super libros || de consolatione philosophie || secundum ordinem alphabeti *F. 6ᵇ col. 2:* Finit tabula *F. 7ᵃ:* Boetij Romani et oratoris celeberrimi libri de consola-||tione philosophie. et commentarius eximij preclarique docto-||ris sancti Thome super eosdem Incipiunt feliciter *F. 9ᵃ lin. 30:* Anitii Manlij Torquati Seuerini Boetij Ordinarij || Patricij viri exconsulis de consolatione philosophie liber primus incipit *F. 185ᵇ:* Finit expositio et declaratio textuum librorum quinque || de consolatione philosophie Boetij viri celeberrimi. *F. 186ᵃ:* Conpendiosa succinctaque resumptio dictorum in libros || Boetij de consolatione philosophie *F. 192ᵃ:* Deo gratias. || Libri quinque de consolatione philosophie Boetij Rho||mani consulis ac oratoris splendidissimi. vna cum commen||taria editione. per Henricum Quentell in Colonia diligen||ter elaborati expliciunt. Anno gratie Millesimo. cccexcvij || pridie kalendas Ianuarij.

4° char. goth. mai. et min. cum a_i — a_{iiij} + A_i — 7_{iiij} + A — F_{iij} sig. s. c. et pp. nn. 192 foll. 46 lin. text. in med. comm. in marg. cum inscr. pag. Litt. init. expict.

Maitt. I. p. 632. nota 6.; Seemiller IV. p. 82. 26.; Panzer I. p. 324. 276. (48 foll.): *Hain I. 1. p. 465 3390.; Schweiger II. 1. p. 30.; Ennen I. p. 113. 309.*

F. 1ᵃ haec nota legitur: «Comparauit pro Monasterio S. Nicolai Vetero Pragae Ordinis S. Benedicti. Pater Antonius Adalbertus Cornel eiusdem Ordinis et Monasterij Senior professus p. t. Curatus Lukauiczensis Ao 1685. die 16. Iunij. 1 fl.»

288.

1497. Coloniae.

Expositiones Textuales Dubiorum et Luculentissimae Explanationes in Libros de Coelo et Mundo etc. Aristotelis.

F. 1ᵃ tit.: Expositiones textuales. dubiorum atque || luculentissime explanationes in libros de Celo et mundo. de Generatione et || corruptione Metherologorum. ac Paruorum naturalium Arestotelis. varijs ex || ingenijs. primum tamen et potissime ex probatissimis commentarijs angelici do-||ctoris Thome aquinatis compendiario sermone transsumpte. ad profectum || studentium ingenuarum artium famosissimi gymnasij Coloniensis. quod vulgo || bursa Montis dicitur. Quibus facile dilucideque intelligent reparatiuo

processu || irrefragabilem ac inuictissimam tanti doctoris sancti viam. Quem magispluris spi||ritussancti vnctio quam lectio. plus oratio quam ratio docuit. *Icon xyloqr. S. Thomae cum 3 discipulis. F. 1ᵇ Epistola universitatis Parisiensis in fauorem et laudem doctrinae Thomae Aquinatis* (Datum apud Bertiliacum anno domini. M.ccc.xxv. die iouis ante sacros cineres.) *Ibid. col. 2 sequuntur versus:* Si sint palladie mortalia dona corone *etc. Subscr.* Ad laudem Thome || Aquinatis hec cecinit || .N. *F. 2ᵃ incipit opus:* (C)Vm veterum traditioni||bus *etc. F. 56ᵇ col. 2:* Hec de textuali declara-||tione ac dubiorum resolutione circa librum de celo et || mundo Arestotelis iuxta preclarissimam et inui-||ctissimam doctrinam sancti Thome Aquinatis. *etc. F. 57ᵃ:* Sequuntur tituli questio||num in libros de celo et mundo. *etc. Eod. fol. col. 2:* Finis tabule || Sequitur liber de generatione et corruptione *F. 57ᵇ*: ( )Icut tradit || philosophus in tercio de anima. *etc. F. 96ᵃ col. 1:* Liber de generatione et corruptione Aresto||telis iuxta irrefragabilem mentem diui doctoris || Thome de Aquino laboriosissime commenta-|| tus. *etc. Eod. fol. col. 2 sequitur tabula, quae expl. f. 96ᵇ col. 1. F. 97ᵃ incipit liber Meteorologorum:* ( )Irca reliquam partem || huius methodi. *etc. F. 151ᵇ col. 2:* Expositio et textualis declaratio quatuor || librorum Metherologorum Aristo. iuxta commen-||tationem doctoris sancti et ipsius probatissimam viam || ad profectum studentium gymnasij Coloniensis quod || trito sermone bursa Montis dicitur. studio ma||gistrorum eiusdem laboriosissime ac vigilantis||sima cura congesta finit feliciter Et per hone-||stum virum Henricum quentel Agrippinensem Co||lonie ciuem nitidissime impressa Anno incar-||nationis Millesimo quadringentesimo super no||nagesimum septimo Decimo kalendas octobris. || U E *F. 152ᵃ tabula. F. 152ᵇ vacat. F. 153ᵃ incipit opus de sensu et sensato:* ( )Um in naturali scientia || ab vniuersalibus ad minus vniuersalia procedatur *etc. F. 200ᵃ col. 1:* Explanatio textualis in quatuor libros par||uorum naturalium Arestotelis partim ex com||mentarijs sancti Thome Aquinatis partim ve||ro ex alijs doctrine conformis quamapertissime trans-||sumpta. ad profectum studentium gymnasij Mon||tis. Qua diligens lector longe melius. longe-||denique facilius intelligere ac eloqui poterit in his || libris contenta iuxta inuincibilem et irrefraga||bilem tanti doctoris sententiam cuius in

hoc || opere sicut et in alijs fideliter probatissima imi||tatus sum vestigia || .U. E. *F. 201—245 desunt.*

Fol. char. goth. mai. et min. cum aa_{ij} — qq_{iij} + a_i —k_{iij} + A—H_{iiij} sig. et pp. nn. 2 col. 61—62 lin. 1 non num. + 55 num. + 1 non num. + 39 num + 55 num. + 1 non num. + 48 num. = 245 fol. cum inscr. pag. et litt. init. color. s. c.

Pray II. p. 451. (Ioan. Versor); *Denis Suppl. p. 436. 3702.* (Ioan. Versor); *Seemiller IV. p. 86. 46.; Panzer I. p. 315. 284.* (I. Versor); *Hain I. 2. p. 341. 6813.*

F. 1ª haec annotatio legitur: »Hunc librum dono dedit Fratri Thomae Hufnagel de Conuentu Viennensi Ordinis Praedicatorum Dominus Georgius Bartoldus praepositus Pragensis. ultima Nouemb. 1611.« et f. 2ª: »Hunc librum donauit fratri Thomae Hufnagel Ordinis praedicatorum Illustrissimus et Reuerendus Dominus Georgius Bartoldus Cathedralis Ecclesiae Pragensis Praepositus ultima Nouembris 1611.«

289.

1497. Coloniae.

Versor (Johannes). Quaestiones in Libros Politicorum Aristotelis.

F. 1ª tit.: Libri politicorum Arestote||lis cum commento multum vtili || et compendioso magistri Io=||hannis versoris. tractantes de ciuitatum et rerum il-||larum necessitatem respicientium salutifera gubernatione || pro ciuium conuictu pacifico. *F. 2ª incipit opus:* ( )Uoniam omnem ciuitatem || videmus *etc. In fine f. 113ª col. 1:* Questiones venerabilis domini magistri Ioannis ver|| soris super octo libros politicorum Arestotelis cum textu eius||dem elaboratissime magnaque diligentia denuo iam corre=||cte atque impresse in alma ciuitate Coloniensi per Henri=||cum Quentell Anno incarnationis dominice. M.cccc.||xcvij. quarto nonas Iulij finem feliciter habent. de quo sit || benedictus qui regnat trinus et vnus. *Eod. fol. col. 2:* Incipit tabula con=||tinens questiones venerabilis domini magistri Ioannis || versoris super octo libros politicorum Arestotelis cum nu=||mero foliorum annotatas *F. 113ᵇ col. 2:* Finit tabula. *F. 114 vacat.*

Fol. char. goth. mai. et min. cum A_{ij} — X_{iiij} sig. et pp. nn. 1 non num. + 112 num. + 1 non num. = 114 foll. 2 col. 38 et 62 lin. cum inscr. col. et litt. init. ligno incis. s. c.

Denis Suppl. p. 436. 3703.; Panzer I. p. 314. 280.; Hain II. 2. p. 492. 16055.

290.

1497. Hagenoae.

Sermones de Sanctis.

F. 1ª tit.: Sermones de sanctis peruti‖les a quodam fratre hungaro ‖ ordinis minorum de obseruantia ‖ comportati Biga salutis inti‖tulati feliciter incipiunt *F. 2ª:* In nomine do=‖mini nostri Iesu christi ac gloriose vir‖ginis Marie. necnon omnium sanctorum ‖ Sequitur tabula sermonum de sanctis ‖ Bige salutis. Et nota quae vbicunque po=‖nitur de eodem. referendum est ad festum ‖ illius sancti vel sancte immediate prece‖dentis. *F. 4ᵇ col. 2:* Finit Tabula *F. 5ª:* Sermones per=‖utiles de sanctis per circulum anni Bi=‖ge salutis intitulati feliciter incipiunt ‖ De sancto Andrea ‖ Sermo primus *In fine f. 376ª col. 2:* Sermones perutiles de sanctis ‖ Biga salutis intitulati. a quo=‖dam fratre hungaro In conuen‖tu Pesthiensi. fratrum minorum de ‖ obseruantia comportati. Impen‖sis quoque et sumptibus prouidi ‖ viri Iohannis ryman per indu=‖strium Henricum Gran in impe=‖riali oppido Hagenarv *(sic)* inibi in‖colam diligentissime impressi ac ‖ emendati Finiunt feliciter Anno ‖ ab incarnatione domini Millesimo ‖ quaterque centesimo nonagesimo ‖ septimo. vj. kalendas Augusti.

4° char. goth. cum 2—3+a—y₄+A—Z₅ sig. s. c. et pp. nn. 376 foll. 2 col. 44 lin. cum inscr. pag. et litt. init. expict.

Maitt. I. p. 632.; Panzer I. p. 449. 17.; Hain II. 1. p. 115. 9054.; Könyvszemle 1880 p. 318.

A Panzero et Hainio Michael de Hungaria huius libri auctor dicitur. In ephemeride «Magyar Könyvszemle» (A. 1877 p. 310) editio huius libri anno 1499 impressa affertur ipsumque opus Oswaldo Lasko superiori domus Franciscanorum Pestiensium auctori attribuitur.

291.

1497. Norimbergae.

Ficinus (Marsilius Florentinus). Epistolae.

F. 1 deest. F. 2ª: Prohoemium Marsilii Ficini Flo‖rentini in aepistolas *(sic)* suas in libro ‖ primo. *F. 10ᵇ col. 2:* FINIS TABVLE. *F. 11ª:* Prohemium Marsilii Ficini Florentini in epistolas suas. S. in primum ‖ librum ad Iulianum Medicem: V. Magnanimum. ‖ MARSILIVS FICINVS IVLIANO MEDICI. V. MA‖GNANIMO. S. D. *In fine f. 253ᵇ:* Finis Duodecimi et Vltimi Libri

Epistolarum Familiarium || Marsilii Ficini Florentini. || Marsilii Ficini Florentini Eloquentissi||mi Viri Epistolae familiares Per Anto-||nium Koberger impraesse *(sic)* Anno incar-||nate deitatis. M.cccc.xcvii. xxiiii. febru||arii finiunt Foeliciter.

4° char. rom. cum 2 — 6 + A — Z_4 + a—h_8 sig. et pp. nn. 10 non num. (in hoc exemp. 9) + 243 num. + 1 non num. = 254 foll. 42 lin. cum inscr. pag. s. c. et litt. init.

Maitt. I. p. 636.; Freytag Adp. I. p. 406.; Denis Garelli p. 177. 94.; Seemiller IV. p. 78. 2.; Panzer Nürnberg p. 149. 260.; Panzer II. p. 223. 284.; Hain I. 2. p. 381. 7062. (253 foll.); *Holtrop p. 425. 584.*

292.

1497. Norimbergae.

Juvenalis (D. J.) Satirae cum Commentariis Domitii Calderini, Antonii Mancinelli et Georgii Vallae.

F. 1ᵃ tit.: IVVENALIS || Anto. Manci. Domicius Geor. Val. || Argumenta Satyrarum Iuuenalis per An||tonium Mancinellum. || Prima docet Satyrae causas: formamque libelli: *etc. F. 1ᵇ:* Antonii Mancinelli Veliterni ad Reuerendum Aedis Geminianae Antistitem. Diuique Mar-||ci Canonicum Nicolaum rubeum patritium Venetum Omnium bonarum artium et virtutis Cul||torem. In Iuuenalis satyrici poetae Commentarios praefatio. (Datum Venetiis. v. idus Iunias Anno christianae salutis. M.cccc.xcii.) *Eod. fol. lin. 29:* Iuuenalis Commoda per Antonium Mancinellum. *Ibid. lin. 44:* De Satyra per Antonium Mancinellum. *f. 2ᵃ lin. 5:* Loca quedam e plurimis vel intacta vel secus ab || aliis quam Anto. Mancinello exposita: *etc. Eod. fol. lin. 40:* Domitii calderini Veronensis secretarii apostolici in commentarios Iuuenalis ad do. || clarissimum virum Iulianum Medicem Petri cosmi filium florentinum. *F. 2ᵇ lin. 31:* Iuuenalis vita ex antiquorum monumentis. *Eod. fol. lin. 48:* Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici commentarii in satyras Iuuenalis ad clarissi-||mum virum Iulianum Medicen Petri Cosmi filium florentinum. *F. 3ᵃ lin. 35:* ILLVSTRI viro Ioanni Tucci pannonico Georgius Valla Salutem dicit plurimam. *F. 4ᵃ lin. 42:* Georgii Vallae Placentini in Iuuenalis satyras Commentarii. *Explicit f. 4ᵇ. F. 5ᵃ:* Vocum ac rerum Index. *F. 8ᵇ col. 4:* FINIS *F. 5ᵃ incipit opus:* IVVENALIS SATIRA. I. || ( )Emper ego auditor tantum? *Comment.:* ARGVMENTVM

SATIRE PRIME. || Rrima *(sic)* docet Satyrae causas: formamque libelli. *F. 194ᵇ lin. 48:* Domitii calderini Veronensis Secretarii apostolici in sat. Iuue. ad clarissimum virum Iulianum || Medicem Laurentii fratrem. Petri cosmi filium Elorentinum *(sic)* editi romae: quum ibi publicae profiteren||tur. Calen. Septem. Mcccclxxiiii. *F. 195ᵃ lin. 4:* Finis in Decio Iunio Iuuenale Aquinate commentarii domini Georgi valle Placentini. *Eod. fol. lin. 28:* Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici defensio aduersus Brotheum grammaticum com-||mentariorum Martialis calumniatorem. cum recriminatione retaxationis Pliniane: in qua Brotheus ducen|| tis et septuagintaquinque locis praestantissimum scriptorem deprauauit. *In fine f. 198ᵃ:* Valete. || Nurnberge impressum est hoc Iuuenalis opus cum tribus commen-||tis per Antonium Koberger. M.CCCC.XCVII. die vero. vi. Decembris.

Fol. char. rom. mai. et min. cum A_{ii} — A_{iiii} + a — $\&_{iiii}$ sig. et pp. nn. 8 non num. + 190 num. = 198 foll. 62 lin. cum marg. et inscr. pag. Comment. circumdat textum. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 636.; Panzer Nürnberg p. 150. 264.; Panzer II. p 224. 280.; Hain II. 1. p. 209. 9711.; Schweiger II. 1. p. 501.

293.

1497. Venetiis.

Arnoldus de Villa Nova, Medic. et Phys. Breviarium Practicae Medicinae.

F. 1ᵃ tit.: Practica medicine Arnal||di de Uilla noua. *F. 2ᵃ:* Breuiarium practice excellentissimi Arnaldi de vil=||la noua medici quondam summi pontificis a capite vsque || ad plantam pedis cum capitulo generali de vrinis et tra||ctatu de omnibus febribus peste empiala et liparia. || Incipit prologus. *Eod. fol. lin. 47:* Explicit prologus. || Capitulum primum de dolore capitis in generali. *F. 66ᵇ col. 2:* Finis. *F. 67ᵃ:* ( )Abula siue registrum capitulorum huius pra||ctice *F. 67ᵇ col. 2 post registrum:* Epitoma Medice artis excellentissimi viri Arnaldi || de villa noua Impressum Uenetijs per magistrum Otinum || Papiensem de la luna Anno domini. M.cccclxxxxvij. || xij. Kalendas nouembris Regnante Inclyto principe Au=||gustino Barbadico. *F. 68 vacat.*

Fol. char. goth. cum a₈—l_{iij} sig. s. c. et pp. nn. 68 foll. 2 col. 69 lin. cum inscr. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Seemiller IV. p. 92. 85.; Panzer III. p. 423. 2263.: Hain I. 1. p. 223. 1800.

F. 1ª haec nota legitur: »Docto et erudito viro D. Magistro Christofero Fvgero amico suo ac fratri charissimo hunc librum anno a christo nato 1565, die 8 Martij amicitiae initae confirmandae gratia dedit Viennae Austriae Christiernus Cimmer.«

294.

1497. Venetiis.

Averroes Cordubensis. Destructiones Destructionum.

F. 1 dest. F. 2ª: Destructiones destructionum Auerroys con-‖tra Algazelem expositione clarissimi philosophi ‖ Augustini Niphi de Suessa feliciter incipiunt. *Eod. fol. col. 2:* Explicit prologus Auerroys. *F. 2ᵇ:* Augustini Niphi Suessani philosophi clarissimi in destructio-‖nes destructionum Auerroys contra Algazelem expositio. *F. 129ª col. 2:* Explicit tractatus de sensu agente editus ab Augustino ‖ Niffo de Suessa philosopho preclarissimo. Padue legen-‖ti philosophiam completus. 15. Maij. 1495. ‖ Impressus venetijs mandato et expensis Nobilis Uiri ‖ Domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis. Per Bo‖netum Locatellum Bergomensem. Kalendis Martijs ‖ 1497. Laus Deo. *F. 129ᵇ registrum et insig. typogr. cum litt. OSM F. 130ª:* Augustinus Niffus de Suessa. Magistro Nicolao grassetto ordinis Mino-‖rum haereticae prauitatis inquisitori dignissimo. S. P. D. *Eod. fol. lin. 23:* Magister Nicolaus grassettus ordinis minorum: haereticae prauitatis inquisitor ‖ Augustino Niffo Suessano excellentissimo philosophorum salutem. *F. 130ᵇ:* Prologus auerroys in libros physicorum *Eod. fol. col. 2 lin. 53:* Laurentio donato nobilissimorum eruditissimo nobis ‖ vere a superis questori donato. Augustinus niffus de Suessa ‖ philosophus obseruantiam. *F. 131ª (c. num. 1):* Aristotelis Stagirite peripateticorum princi-‖pis de physico auditu liber primus et Auerrois ‖ Cordubensis Commentaria. *In fine f. 290ᵇ col. 2:* Finis ‖ Aristotelis stragyrite *(sic)* philosophorum monarche: ‖ phisicorum opus: cum Auerroys Cordubensis ‖ expositionibus feliciter explicit. Studio quoque: ac ‖ Impensa Octauiani Scoti quamdiligentissime et ca‖stigatissime correctum: et ex stercore et tenebris: in no‖bilissimum et clarissimum locum deductum: Ue-‖netijs impressum. anno salutis domini. M.cccc.xcv. die ‖ vltimo septembris.

Fol. char. goth. mai. et min. cum $a_8 - q_6 + a - t_4$ sig. in parte secunda sunt etiam cust. cum pp. nn. 129 num. + 1 non num. + 160 num. = 290 foll. 2 col. cum inscr. col. et litt. init. florent. quae expictae sunt.

Maitt. I. p. 643.; Seemiller p. 84. 39.; Panzer III. p. 407. 2171.; Hain I. 1. p. 274. 2190.

Nonnulli bibliographi aliorum adhuc operum mentionem faciunt, quae post libros physicorum sequantur, sicut liber de coelo et mundo, liber de generatione et corruptione, liber de anima, alia. Nostrum tamen exemplar his caret. Neque Hainii exemplar habuit. Videntur exemplaria integra admodum rara esse.

295.

1497. Venetiis.

Biblia Latina.

F. 1 deest. F. 2ª—9ᵇ tabula alphabetica. F. 9ᵇ col. 2: Finit Tabula Biblie *F. 10ª:* Notandum quod translato-‖res *etc. F. 10ᵇ col. 1 lin. 15:* Modi intelligendi sacram scripturam. *F. 11ª rubro:* Incipit epistola beati Hieronymi ad ‖ Paulinum presbyterum de omnibus diuine ‖ historie libris. Capitulum primum. *F. 13ᵇ col. 2 lin. 11:* Explicit prefatio. ‖ Incipit liber Genesis qui dicitur he-‖ braice bresith. Capitulum primum. *F. 380ᵇ col. 2 lin. 13:* Explicit secundus liber machabeorum. ‖ Incipit epistola Beati Hieronymi ad ‖ Damasum papam in quattuor euangelistas. *In fine f. 475ᵇ:* Laus honor et sempiterna gloria summo deo ‖ patri omnipotenti: qui sacratissimas leges ac manda-‖ta in presenti volumine scripta: ore suo prolata: ac digi‖to ipsius sculpta: mortalibus inpartire sua benignissi-‖ma pietate dignatus est. Filioque: qui in hac eadem le-‖ge promissus: atque sanctorum prophetarum ore diuulgatus: ‖ mediator dei et hominum: verus deus et homo: huma‖num genus a diaboli potestate redemit: Ac spiritui-‖sancto: qui huius sacri voluminis verus auctor et inspi‖rator extitit. Intemerate quoque virgini marie: matri ‖ domini nostri Iesu christi: in qua vniuerse leges et prophetie ‖ huius sacri voluminis complete sunt. Simulque toti mi‖litie celesti laudum preconia referimus. Quorum omnium ‖ ope atque auxilio adiuti: Bibliam: aut (vt ita dicam ‖ Librum vite: felici fine claudimus. In cuius quidem mar-‖gine singulorum locorum concordantie diligenter annotate ‖ sunt. Nominumque hebraicorum interpretationes solito ‖ more annectuntur. Una cum tabula alphabetica sin-‖gulas historias totius Biblie exquisitissime recolli-‖

gente. Correcta insuper ac studiosissime emendata per || doctissimum in sacris litteris Baccalarium Petrumange||lum de monte vlmi: ordinis minorum seraphici Francisci. || Impressa vero in felici Uenetorum ciuitate: sumpti-||bus et arte Hieronymi de Paganinis Brixiensis. || Anno gratie millesimo guadringentesimo *(sic)* nonage-||simoseptimo. Septimo Idus Septembris. *F. 476 vacat. F. 477ª:* Incipiunt interpre||tationes hebraicorum nominum || secundum ordinem alphalbeti. *(sic) F. 513ᵇ col. 3:* Expliciunt interpretationes || hebraicorum nominum. *F. 514ª registrum.*

8° char. goth. min. cum A₈—A₈+a—a iiij + aa — a a iiii + A—F iiij +1—5₈ sig. s. c. et pp. nn. 514 foll. (In hoc exemp.. 513, nam fol. 1 deest. 2 col. 53 lin. cum marg. et inscr. col. litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 631.; Panzer III. p. 419. 2244.; Hain I. 1. p. 416. 3123. (501 foll.)

In tegumento hae annotationes leguntur: «Georgius Bauda dedit mihi Anno 1545. Petrus Zellinger.» «Iacobus Ridt Anno 1565.» «Andreas Holdring» «Loci Capucinorum Butwitii» Fol. 476ᵇ: «Georgius bũda 1541.» F. 514ª haec leguntur: «Iacobus pontanus me sibj à Domino Erhardo Weys Decano apud S. Florianum Comparauit in presentia totius Conuentus ibidem Ioannisque Dryseri Conuentualis Hylariensis Anni Mess. 1566.»

296.

1497. Venetiis.

Dante (Alighieri). La Commedia, col Commento di Christoforo Landino.

F. 1—10 desunt. F. 11ª vacat. F. 11ᵇ icon xylogr. F. 12ª cum ornam. ligno incis. in marg.: CANTO PRIMO DELLA PRIMA CANTICA OVERO COMEDIA DEL DIVINO || POETA FIORENTINO DANTHE ALEGHIERI. CAPITOLO PRIMO. *In fine f. 307ª lin. 24:* Fine del comento di Christoforo Landino Fiorentino sopra la Comedia di Danthe poeta excellentissimo || reuista et emendata diligentemente per el reuerendo maestro Piero da Figino maestro in theologia et excellen-||te predicatore del ordine de minori et ha posto molte cose in diuersi luoghi che ha trouato mancare si in lo tex||to come nella giosa. *(sic)* Impressa in Venetia per Piero de zuanne di quarengii da palazago bergamasco. Del || M.CCCC.LXXXXVII. Adi. XI. octubrio. *Deinde sequitur:* Qui comincia il credo di Danthe. *F. 307ᵇ col. 2 lin. 52:* Pater nostro di Danthe. *Eod. fol. col. 3 lin. 25:* Aue maria di Danthe. *ibid. lin. 36:* AMEN. *F. 308ª:* REGISTRO *Ibid. col. 5:* FINIS

Fol. char. rom. mai. et min. cum a_{iiii} — $\&_{iiii}$ + A — N_{iij} sig. et pp. nn. 298 male num. foll. (in nostro exemplari fol. 10 non num. ab initio operis desunt). Cum inscr. pag. marg. et litt. init. florent. cum fig. ligno incis.

Maitt. I. p. 637.; Denis Garelli p. 171. 90.; Panzer III. p. 418. 2238.; Ebert I. p. 440. 5693.; Hain I. 2. p. 229. 5953.; Brunet II. p. 500.

297.

1497. Venetiis.

Duns Scotus (Johannes), Ord. Min. Quaestiones in Metaphysicam Aristotelis.

F. 1ª tit.: Questiones subtilissme *(sic)* Scoti in meta-‖physicam Aristotelis. ‖ Eiusdem de primo rerum principio ‖ tractatus. Atque theoremata. *F. 1ᵇ:* Mauricius Hibernicus Minoritani ordinis. Reuerendissimo Patri domino. ‖ Domino Petro Barotio Patauino Antistiti. salutem. *F. 2ª:* Ioannis duns scoti ordinis minorum: questiones subti-‖lissime super libros metaphysice Aristotelis Feliciter incipiunt. ‖ Et primo ponitur prologus in quo exponitur prima propositio textus. *F. 82ª col. 2:* Expliciunt questiones metaphysicales Fratris Ioannis ‖ Scoti Doctoris subtilissimi ordinis Minorum. *F. 82ᵇ tabula. F. 83ª col. 1:* Subtilissimi Doctoris Magistri Ioannis Duns Scoti ‖ Ordinis Minorum. De primo omnium rerum principio Tra‖ctatus singularis ac prope diuinus Incipit. *F. 90ª col. 2:* Explicit tractatus subtilissimus Fratris Ioannis Duns ‖ Scoti Ordinis Minorum. De primo omnium rerum principio. *F. 90ᵇ:* Preclarissimi Doctoris subtilis Fratris Ioannis Duns ‖ Scoti Ordinis Minorum ex intimis penetralibus sapientie ‖ spiritus reuelata ad omnium scientiarum speculatiuarum et ‖ Theologie peritiam necessaria preclaraque elementa. Theo‖remata feliciter incipiunt. *F. 98ᵇ col. 2:* Expliciunt Theoremata Fratris Ioannis Duns Scoti‖ Doctoris subtilis Ordinis Minorum: nec non eiusdem questio-‖nes super libros metaphysice Aristotelis: ac etiam Tracta-‖tus de primo omnium rerum principio eiusdem: magno qui-‖dem cum labore: et vigilantia preclarissimi Doctoris Ma‖gistri Mauricij hibernici eiusdem Ordinis in gymnasio ‖ patauino ordinarie legentis: ordinata et castigata: ac de te-‖nebris (vt ita dixerim) luce clariora reddita. *F. 99ª:* Mauritius Hybernicus ordinis Minorum. Antonio ‖ Trombete Theologorum Maximo eiusdem ordinis cum ‖ obseruan-

tia. Salutem. *Eod. fol. lin. 13:* Fratris Mauritij Hibernici de Portu Ordinis Mi-‖norum Epithomata castigationum conformitatum atque ‖ elucidationum in questiones metaphysice. de primo principio tra-‖ctatum: atque theoremata doctoris subtilis Fratris Ioannis ‖ Duns Scoti eiusdem ordinis feliciter incipiunt. *In fine f. 131ª col. 1:* Expliciunt epithomata seu castigationes preclarissimi ‖ Doctoris Magistri Mauritij Hibernici Ordinis Mi-‖norum in theoremata Doctoris subtilissimi Ioannis Duns ‖ Scoti eiusdem ordinis. Ac etiam in tractatum de primo princi‖pio eiusdem. Impressa Uenetijs mandato et expensis No‖bilis viri Domini Octauiani Scoti Ciuis Modoetien-‖sis. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. 1497. duo-‖decimo Kalendas Decembris. *Eod. fol. col. 2:* Pauli amalthei. Epigrama in metaphysi-‖cam Io. Scoti. *Deinde sequitur:* Epigrama Danielis Caietani Alexandrei ‖ Cremonensis. *F. 131ᵇ registrum et insignia typogr. cum litt. OSM.*

Fol. char. goth. cum A₂—R₂ sig. et pp. nn. 131 foll. 2 col. 66 lin. Cum marg. inscr. pag. et litt. init. florent. s. c.

Maitt. I. p. 653.; Seemiller IV. p. 79. 3.; Panzer III. p. 409. 2177.; Hain I. 2. p. 288. 6450.

298.

1497. Venetiis.

Geminiano (Johannes de S.), Ord. Praed. Summa de Exemplis et Similitudinibus Rerum.

F. 1ª tit.: Summa de Exemplis Ac ‖ similitudinibus rerum ‖ Nouiter im-‖pressa *Deinde sequitur privilegium. F. 2ª:* (I)Ncipit tabula vniuersa-‖lis totius Summe sub‖sequentis. *etc. F. 12ª col. 2:* Explicit. tabula generalis omnium ma‖teriarum libri de exemplis et similitudini-‖bus rerum. *F. 12ᵇ vacat. F. 13ª:* Incipit summa insignis et perutilis predica‖toribus de quacunque materia dicturis fra‖tris Iohannis de sancto geminiano ordi-‖nis predicatorum. sacre theologie docto-‖ris clarissimi: que intitulatur de exem-‖plis et similitudinibus rerum. ‖ Prologus primus. *F. 14ª incipit opus:* Capitulum primum. *In fine f. 404ª col. 2:* Explicit liber decimus et vltimus de exem-‖plis et similitudinibus rerum. Et in hoc fi‖nitur totum opus de exemplis et similitu-‖dinibus rerum intitulatum. In quo simili‖tudines inter creaturarum proprietates et ‖ inter virtutes et vitia ceteraque de quibus in ser‖monibus mentio fieri solet

reperte pulcher‖rime declarantur. ‖ Impressum autem Uenetijs per Ioannem et Gregorium de Gregorijs fratres. ‖ Mcccclxxxxvij. die. x. Aprilis. ‖ FINIS. *Deinde registrum. F. 404ᵇ insignia typogr. cum litt. ZG.*

4° char. goth. cum AA$_{ii}$—AA$_{6}$+a—$\frac{3}{iiii}$+A—Y$_{6}$ sig. et pp. nn. 12 non num, + 392 num. = 404 foll 2 col. 46 lin. cum litt. init. florent. et expict. et cum inscr. col. s. c.

Maitt. I. p. 642. nota 8; Seemiller IV. p. 88. 57.; Panzer III. p. 404. 2156.; Hain I. 2. p. 446. 7545.

F. 1ᵃ hae notae leguntur: «Pro Conuentu S. Iacobi me comparauit Fridericus Bachstein.» «Pro Conuentu Zizerstorffensi Fratrum Min. Reform. S. P. Francisci.» «Ioannes . . . . . pro 1 fl. 15 k. 1604.» «S. de Rally 1832.» «Amico suo perdilecto Magistro Theodoro Raimann D. D. D. Guilelmus de Rally 1833.»

299.

1497. Venetiis.

Rhasis seu Abubecher (Mohammed) fil. Zachariae al Rasis, Medic. Liber ad Almansorem.

F. 1ᵃ tit.: Contenta in hoc volumine. ‖ Liber Rasis ad almansorem. ‖ Diuisiones eiusdem. ‖ Liber de iuncturarum egritudibus *(sic)* eiusdem. ‖ Liber de egritudinibus puerorum eiusdem. ‖ Aphorismi ipsius. ‖ Antidotarium quoddam ipsius. ‖ Tractatus de preseruatione ab egritudi-‖ne lapidis eiusdem. ‖ Introductorium medicine eiusdem. ‖ Liber de fectionibus. et cauterijs et ven‖tosis eiusdem. ‖ Casus quidam qui ad manus eius peruenerunt ‖ Sinonima eiusdem. ‖ Tabula omnium antidotorum in operi-‖bus rasis contentorum. ‖ De proprietatibus iuuamentis et nocu‖mentis sexaginta animalium. ‖ Afforismi Rabi Moysi. ‖ Afforismi damasceni. ‖ Liber secretorum. y. ‖ Liber pronosticationis secundum lunam in‖ signis et aspectu planetarum. y. ‖ Liber qui dicitur Capsula eburnea. y. ‖ Liber de elementis siue de humana ‖ natura hypocratis. ‖ Liber de aere et aqua et regionibus. y. ‖ Liber de farmacijs. y. ‖ Liber de somnijs. y. ‖ Libellus zoar de cura lapidis. *F. 2ᵃ:* Albubetri arazi filij Zacharie Liber incipit: qui ab eo ‖ Almansor vocatus est: eo quod regis mansoris Isaac filij pre-‖cepto editus est. Uerba abubetri *In fine f. 159ᵇ col. 1:* Explicit hoc opus mandato et expensis nobilis viri do-‖mini Octauiani Scoti Ciuis Modoetiensis. per Bone-‖tum Locatellum Bergomensem. 1497. die

septimo men-‖sis Octobris. *Eod. fol. col. 2 registrum. Sequuntur insignia typogr. cum litt. OSM*

Fol. char. goth. cum a$_8$—v$_4$ sig. et pp. nn. 159 foll. num. 2 col. 66 lin. cum litt. init. florent. inscr. et col. · . c.

Maitt. I. p. 643. nota 2; Pray I. p. 25.; Denis Suppl. p. 420. 3555.; Seemiller IV. p. 89. 65.; Panzer III. p. 408. 2175.; Hain II. 2. p. 218. 13893.

F. 1^a haec nota legitur: «E Bibliotheca Mandelliana 1788.»

300.

1497. Venetiis.

Tacitus (Caius Cornelius). Historiae Augustae lib. XI. etc.

F. 1^a tit.: Cornelii Taciti ‖ Historiae Au‖gustae *F. 2^a:* Franciscus Puteolanus Iacobo Antiquario ducali Secretario. Sal. *F. 3^a:* CORNELII TACITI HISTORIE AVGVSTE. LI. XI. ACTIONVM ‖ DIVRNALIVM. *F. 92^b lin. 37:* CORNELII TACITI ILLVSTRISSIMI HISTORICI DE SITV MO‖RIBVS ET POPVLIS GERMANIAE LIBELLVS AVREVS. *F. 98^a lin. 10:* CORNELII TACITI AEQVITIS ROMANI DIALOGVS AN SVI ‖ SAECVLI ORATORES ANTIQVIORIBVS ET QVARE CON‖CEDANT. *F. 106^a (apud Hainium f. 95^a):* Cornelij Taciti historiae augustae: nec non de situ moribus et populis germaniae libellus: ‖ ac de oratoribus dialogus foeliciter expliciunt. Venetijs fideliter Impresi *(sic)* ac diligenter ‖ emendati per Philippum pinci sumptibus nobilis viri domini Benedicti fontana. Anno domini ‖ Mccccxcvij. die. xxij. Marcij. Imperante sapientissimo domino Augustino Barbadico pru‖dentissimi ac Inuictissimi Senatus Venetiarum duce serenissimo. *Sequitur registrum. F. 106^b insignia Benedicti Fontanae cum litt. BF. F. 107^a:* IVLII AGRICOLAE VITA PER CORNELIVM TACITVM EIVS ‖ GENERVM CASTISSIME COMPOSITA. *F. 113^b:* Venetijs per Philippum pinci: sumptibus domini Benedicti fontana. Anno domini Mccccxcvij ‖ die. xxij. martij. *F. 114^a insignia Benedicti Fontanae cum litt. BF.*

Fol. char. rom. cum a$_{ij}$—n$_{iij}$+A—A$_{iiij}$ sig. s. c. et pp. nn. 114 foll. 45 lin. cum inscr. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 635.; Laire I. p. 231. 24.; Panzer III. p. 414. 2213. (cum foll. num. sed falso); *Ebert II. p. 873. 22136.; Hain II. 2. p. 379. 15222.* (103 foll.); *Schweiger II. 1. p. 997.* (114 foll.); *Brunet V. p. 633.*

301.

1497. Venetiis.

Voragine (Jacobus de). Sermones dominicales.

F. 1ª tit.: Sermones de tempore et de sanctis per totum || annum: eximii doctoris fratris Iacobi || de voragine ordinis predicatorum: || quondam archiepiscopi Ia-||nuensis: cum registro eo-|| rundem in prin-||cipio. *Deinde icon xylogr. magistri cum 13 discip. F. 2ª:* Incipit Registrum in Sermones de tempore pre||clarissimi sacre theologie doctoris fratris Iacobi || de uoragine ordinis predicatorum secundum ordinem al||phabeti tangens materias generales in singulis || sermonibus contentas. *F. 12ᵇ col. 2:* Explicit Tabula Alphabetica. *F. 13ª:* Sermones aurei et pulcherrimi varijs scriptu||rarum doctrinis referti: de tempore per totum annum: || compilati et editi ab eximio sacre theologie docto||re fratre Iacobo de voragine ordinis fratrum pre||dicatorum: quondam archiepiscopo Ianuensi: fe-||liciter incipiunt. || Incipit prologus eiusdem fratris Iacobi de || voragine: in eosdem suos de tempore sermones. *Eod. fol. col. 2:* Dominica prima aduentus domini. Sermo primus. *In fine f. 152ª col. 2:* Expliciunt sermones dominicales fratris Iacobi do uo||ragine ordinis predicatorum quondam archiepiscopi Ianuen||sis. Uenetijs impressi per Simonem de luere: impensis || Lazari Soardi. pridie kalendas septembris. 1497. *Sequitur registrum.*

4° char. goth. cum 2_{ij}—3_{ij}+a—s_{ij} sig. et pp. nn. 12 non num. + 140 num. = 152 foll. 2 col. 52 lin. cum inscr. col. s. c. et litt. init. expict.

Maitt. I. p. 647.; Panzer III. p. 417. 2234. Apud *Hainium* deest.

302.

1497. Venetiis.

Voragine (Jacobus de). Sermones Quadragesimales.

F. 1ª tit.: Sermones quadragesimales fratris Ia||cobi de voragine ordinis predica||torum: quondam archiepisco||pi Ianuensis: cum regi||stro eorundem in || principio. *Deinde icon xylogr. magistri cum 13 discip. F. 1ᵇ:* Circa tabulam immediate sequentem notandum || quod per primum numerum intelligendum est capitulum a quo || sumptum est thema allegatum. *etc. F. 2ª:* Incipit

tabula in sermones quadragesimales || magistri Iacobi de Uoragine per alphabeti literas: || *etc. F. 7ᵇ col. 1:* Explicit Tabula. *F. 8ᵃ:* Incipit quadragesimale aureum eximij docto||ris: fratris Iacobi de Uoragine ordinis predicato||rum: quondam archiepiscopi Ianuensis: duos quo||tidie continens sermones. || In die cinerum Sermo primus. *F. 82ᵇ:* Finis Sermonum Quadragesimalium Eximij Doctoris || fratris Iacobi de Uoragine ordinis Predicatorum: quon-|| dam Archiepiscopi Ianuensis. *F. 83ᵃ:* Uenetijs impressi. xij. mensis Septembris. 1497. per Simonem || de Luere: impensis Lazari Soardi. cum priuilegio etc. *Sequuntur insignia typogr. cum litt. .L. .S. O et registrum. F. 83ᵇ vacat. F. 84ᵃ:* Incipit sermo de passione domini nostri Iesu christi. *F. 92ᵇ col. 2:* Finit sermo de passione. *F. 93ᵃ:* Incipit sermo de planctu beate Marie virginis. *F. 97ᵃ col. 2:* Finit sermo de planctu beate virginis.

4° char. goth. cum aa_{ij}—n_{iij} sig. et pp. nn. 7 non num. + 90 num. = 97 foll. 2 col. 52 lin. cum inscr. pag. cust. litt. init. desunt.

Maitt. I. p. 647.; Panzer III. p. 417. 2234. Apud *Hainium* deest.

303.

1497. Venetiis.

Voragine (Johannes de). Sermones de Sanctis.

F. 1ᵃ tit.: Sermones de sanctis per anni circulum fratris || Iacobi de Uoragine ordinis predicatorum || quondam archiepiscopi Ianuensis: cum || registro eorundem in principio. *Deinde icon xylogr. magistri cum 13 discip. F. 1ᵇ:* Tabula index in sermonibus de sanctis eximij || sacre theologie doctoris fratris Iacobi de Uo-||ragine ordinis predicatorum: *etc. F. 2ᵃ:* Incipit registrum in sermones de sanctis pre-||clarissimi sacre theologie doctoris fratris Iaco-||bi de Uoragine ordinis predicatorum: *etc. F. 6ᵃ col. 1:* Explicit tabula. *F. 7ᵃ:* Sermones pulcherrimi uarijs scripturarum || doctrinis referti de sanctis per anni totius circu-||lum concurrentibus: editi a uenerabili viro Iacobo || de Uoragine ordinis predicatorum quondam episcopo || Ianuensi incipiunt feliciter. || De sancto andrea Sermo primus. *In fine f. 169ᵇ:* Expliciunt Sermones quadragesimales: dominicales ac de sanctis preclarissimi ac uarijs scri-||pturarum doctrinis referti eximij sacre theologie doctoris fratris Iacobi de Uoragine ordi-||nis fratrum Predicatorum quon-

dam archiepiscopi Ianuensis: quamdiligentissime emen-‖dati atque castigati. Uenetijs impressi ingenio Simonis de Luere: impensa vero Lazari ‖ de Soardis: qui obtinuit a Dominatione Ueneta: quod nullus possit imprimere ‖ nec imprimi facere in eorum dominio sub pena contenta in priuilegio. ‖ Et completi fuerunt. xx. Octobris. M.ccccxcvij. *F. 170ᵃ: Versus cum titulo:* Ad Librum. Ad Lectorem. *Deinde insignia typogr. cum litt. .L. .S. O et registrum.*

4° char. goth. cum A—Y₂ sig. et pp. nn. 6 non num. + 164 num. = 170 foll. 2 col. 52 lin. cum inscr. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 647.; Panzer III. p. 417. 2234. Apud *Hainium* deest.

304.

1497. Venetiis.

Voragine (Jacobus de). Sermones de Beata Maria.

F. 1ᵃ tit.: Mariale: siue sermones de beata Maria ‖ virgine: fratris Iacobi de Uoragi‖ne Archiepiscopi Ianuensis. *Deinde icon xylogr. magistri cum 13 discip. F. 2ᵃ:* Prologus ( )Ogitaui dies antiquos *etc. Eod. fol. lin. 13:* Tabula alphabetica principiorum sermonum indicans quota charta inueniri debeant. *Expl. f. 2ᵇ col. 2. F. 3ᵃ:* Sermones aurei de beata Maria virgine: Mariale| nuncupati: editi ab eximio sacre theologie doctore ‖ fratre Iacobo de Uoragine ordinis predicatorum quon‖dam archiepiscopo Ianuensi: feliciter incipiunt. Sermo. j. *In fine f. 71ᵇ:* Explicit Mariale fratris Iacobi de Uoragine Archiepiscopi Ianu-‖ensis: Impressum Uenetijs per Simonem de Luere: impen-‖sis Lazari Soardi. Cum priuilegio etc. xiiij. Nouembris. ‖ M.ccccxcvij. *F. 72ᵃ registrum et insignia typogr. cum litt. .L. .S. O*

4° char. goth. cum a_{ii}—i_{iiij} sig. et pp. nn. 72 cum rom. litt. num. foll. 2 col. 52 lin. cum inscr. pag. s. c. et litt. init. expict.

Maitt. I. p. 647.; Panzer III. p. 417. 2234. Apud *Hainium* deest.

305.

1497. Viennae.

Apuleius (Lucius). Epitoma de Mundo, seu Cosmographia.

F. 1ᵃ: Lucij Apulei Platonici et Aristote=‖lici philosophi Epitoma diuinum de ‖ mundo Seu Cosmographia ductu ‖ Conradi

Celtis Impressum Uienne. || Episodia Sodalitatis litterarie Danubiane ad Conradum Celten || dum a norico gymnasio ad Uiennam Pannonie concesserat. *F. 1ᵇ col. 2:* Finis episodiorum sodalitatis || litterarie Danubiane. *F. 2ᵃ:* Conradus Celtis Protucius Triformis Philosophie Do||ctor. Imperatorijsque manibus Poeta laureatus Ioanni Fu||semanno Regio Senatori. et Ioanni Gracco Pierio protho||notario Sodalitatis litterarie Danubiane principibus S P D. (*Datum:* wienne Kalendis Nouembribus orbe nostro christiano. 1497.) *F. 3ᵃ:* Lucij Apulei Madaurensis Philosophi Platonici || Cosmographia siue de mundo ad Faustinum Incipit. *In fine f. 6ᵇ:* Finis Lucij Apulei de Mundo. || Impressum per Ioannem de hiberna arce || Haud procul a ripis Rhenanis || Et vrbe inuentrice et parente impressorie || Artis Mogunciaco feliciter

Fol. min. char. goth. cum A—A$_{iiij}$ sig. s. c. et pp. nn. 6 foll. 52 lin. Litt. init. desunt.

Schier p. 17.; Denis Wien p. 9.; Weszprémi Medicor. Hung. biogr. Cent. I. p. 2.; Denis Suppl. p. 420. 3562.; Panzer III. p. 525. 12.; Ebert I. p. 79. 184.; Hain I. 1. p. 155. 1321.; Kurz Nachlese auf d. Felde d. ung.-siebenb. Gesch. I. p. 49.; Schweiger II. 1. p. 12.; Aschbach Gesch. Wien. Univ. II. p. 237.; Episodia ibid. p. 421—423.; Magy. Könyvszemle 1880. p. 316—318.; Abel A dunai tudós társaság.

Opus hoc admodum rarum est. Celten iam anno 1494. Memmingae Apuleium edidisse, quod Hamberger affirmat, Aschbach negat. Schweiger de hac re Eberti testimonio nixus haec profert: «An. d. dial. inter discip. deplor. ruinam pop. Christ. fol. Memming. Kunne 1494. war der Apulejus gebunden u. daraus wurde e. Apulejus von 1494. gemacht.»

306.

1498. Argentinae.

Clavasio (Angelus de). Summa Angelica de Casibus Conscientiae.

F. 1 deest. F. 2ᵃ: Epistola. F. Hieronymi tormeli lectoris: ad Rev. p. F. Angelum de clauasio presentis ope||ris auctorem. in qua orat eius reuerentiam: vt ipsum opus imprimi faciat. propter talem || et tantam dicti operis excellentiam et vtilitatem. *F. 2ᵇ lin. 23:* Responsio venerandi patris fratris Angeli ad fratrem Hieronymum suprascriptum. *F. 3ᵃ:* In nomine domini nostri Iesu christi Amen || Incipit Prologus in summam Angelicam de casibus conscientie per fratrem Angelum de clauasio or-||dinis minorum vicarium generalem cismontanorum fratrum obseruantie compi-

lata. cui premittitur primo || prologus. deinde subnectitur tabula contentorum in ipsa declaratiua. || Incipit Prologus *Eod. fol. lin. 36:* Finit Prologus. Incipit tabula declaratoria ordinis et contentorum in predicta summa. *F. 7ᵃ col. 2:* Finit Tabula *F. 7ᵇ:* Rubrice Iuris ciuilis et canonici. *etc. F. 16ᵇ col. 2:* Finis *F. 17ᵃ:* Summa Angelica de casibus conscientie per || venerabilem fratrem Angelum de clauasio com||pilata: incipit fellciter. *(sic). In fine f. 358ᵃ col. 2:* Finit summa Angelica de casibus conscien||tie. per fratrem Angelum de clauasio compilata. ma||xima cum diligentia reuisa. et fideli studio emen-||data. sicut ipsum opus per se satis attestabitur || Argentine impressa per Martinum Flach || inibi conciuem Anno domini. M.cccc.xcviij. || Mensis vero Martij die decimoquinto. *Sequuntur 6 disticha:* Humano angelicas quicunque audire loquelas *etc.*

Fol. char. goth. cum 3—5+a—z₄+A—Z₄+AA—II₅ sig. et pp. nn. 16 (in hoc exemp. 15) non num. + 342 num. = 358 foll. 2 col. 54 lin. cum inscr. pag. et litt. init. expict. s. c.

Denis Suppl. p. 443. 3760.; Gras p. 193. (357 foll.); Panzer I. p. 61. 337. (357 foll.); Hain I. 2. p. 160. 5399. (358 foll.); *Holtrop p. 446. 694.* (358 foll.); *Brunet I. p. 289.*

F. 2ᵃ nota saec. xvi. legitur: »Conuentus Viennensis Ord. Praedicatorum.«

307.

1498. Basileae.

Brant (Sebastianus). Varia Carmina.

F. 1ᵃ tit.: Uaria Sebastiani || Brant Carmina. *Deinde tres icones xylogr. Infra 3 disticha:* Quae tibi diua miser christi para, carmina lusi *etc. in quorum fine:* .1498. || NIHIL SINE CAVSA. || Olpe. *F. 1ᵇ:* Preclaro magnarumque virtu=||tum viro: domino Wymmaro de Ercklens philosophiae ma=||gistro: gloriosaeque virginis mariae ecclesiae Aquensis decano: || sibi plurimum obseruando: Iohannes Bergman de Olpe || Archidiaconus Grandisvallis cum obsequio. Salutem. *(Datum:* Basileae Idibus Marciis Anno domini. 1498.) *F. 2ᵇ:* Ad magnificum et nobilem || virum dominum Adelberum de Rotperg: insignis || ecclesiae Basiliensis. Decanum: pro virginalis concep||tionis defensione: contraque maculistarum virginis || mariae, furorem: Inuectio. Sebastiani Brant. *F. 65ᵃ tit.:* De corrupto ordine uiuendi||pereuntibus. Inuentio noua.

Sebastiani Brant. *Infra icon xyl. F. 141ᵃ (apud Hain f. 137ᵃ):* Finis Carminum Sebastiani Brant. *Eod. fol. lin. 12:* Carminum Sebastiani Braut tam diuinas quam humanas || laudes decantantium opus: foelici fine consummatum Ba||sileae opera et impensis Iohannis Bergman De Olpe || Kalendas Maiis Anni etc. xcviii. *Infra insignia typogr. cum inscr.:* NIHIL .SINE. .CAVSA. 1497. .IO. BERGMAN. .DE. OLPE *F. 141ᵇ:* Registrum carminum S Brant *Expl. f. 144ᵃ.*

4° char. rom. cum A_{ii} — K_{ii}+a_i — m sig. s. c. et pp. nn. 144 foll. 30 lin. cum fig. xyl. litt. init. mai. et lit. expict.

Maitt. I. p. 665. nota 2.; Denis Suppl. p. 440. 3741.; Panzer I. p. 186. 236.; Ebert I. p. 230. 2921.; Hain I. 1. p. 513. 3731. (140 foll.); *Stockmeyer et Reber p. 131. 15.; Brunet I. p. 1202.*

308.

1498. Brixiae.

Solinus (Caius Julius). De Mirabilibus Mundi.

F. 1ᵃ tit.: SOLINVS DE MIRABILI||BVS MONDI. *(sic) F. 2ᵃ col. 1:* Tabula. *Expl. f. 9ᵃ. Eod. fol. lin. 26:* Bartolinus Atriensis Lucae Passo Iureconsulto Excellentissimo. S. D. P. *(Datum:* Brixiae sexto Kalen. Decembres. M.cccciic. *Eodem fol. lin. 12:* Caius Iulius Solinus Autino *(sic)* suo. Salutem Dicit Plurimam. *F. 10ᵃ incipit opus:* De origine et temporibus urbis Romae et mensibus et diebus intercalaribus. Caput. I. *In fine f. 43ᵃ:* Solinus de mirabilibus mundi Brixiae per Iacobum Britannicum Impressus. || Anno. MCCCCIIC. Die Vigessimo *(sic)* Nouembris.

Fol. char. rom. cum A_{ii}—B_{ii}+a—e_{iiii} sig. et pp. nn. 9 non num. + 34 num. = 43 foll. (Apud Hainium 44 foll.; fol. 10 vacat, sed hoc fol. in nostro exemplari deest). 44—45 lin. Cum litt. init. florent. s. c.

Panzer IV. p. 261. 126ᵇ. (43 foll.); *Hain II. 2. p. 338. 14884.; Schweiger II. 2. p. 958. nota; Holtrop p. 469. 804.; Lechi p. 69. 16.*

F. 1ᵃ haec nota legitur «1557 Vivit post funera virtus B. Rhörnichen»; fol. 1ᵇ autem haec: «Suo D. petro pagano Cas. lutwich Anno 1560 die 19 Februarij»

309.

1498. Coloniae.

Albertus Magnus. Tractatus de Modo Opponendi et Respondendi.

F. 1ª tit.: Pulcerrimus *(sic)* tra=‖ctatus de modo opponendi et respon=‖dendi. necessarius valde omnibus volentibus acutissime argue‖re. ad trahendum respondentem in oppositum sue positionis. Atque per‖utilis distincte ac perornate respondere volentibus ad euadendum tela ‖ argumentantium acuta. ne in laqueum incidant seductionis et erroris. *Deinde icon xylogr. F. 2ª:* Incipit tractatus de modo opponendi et responden‖di venerabilis domini Alberti magni: deo auxiliante *In fine f. 30ª:* Per Henricum Quentell. Anno domini. M.cccc.xcviij.

4° char. goth. cum a_{ij}—e_{iij} sig. s. c. et pp. nn. 30 foll. 46 lin. cum inscr. pag. s. c. et litt. init. expict.

Panzer I. p. 317. 306. (28 foll.); *Hain I. 1. p. 54. 493.*

310.

1498. Coloniae.

Boethius (A. T. S.). De Disciplina Scholarium cum Commentario Thomae de Aquino.

discrete et caute habere debeant in suis exercitijs || Editus a venerabili magistro Iohanne Gerson. Cancellario.

4° char. goth. s. s. c. et pp. nn. 38 foll. 27 lin. Litt. init. expictae sunt.

Hain I. 2. p. 470. 7687. (Colon. Ulr. Zell.); *Ennen I. p. 31. 17.*

415.

Gesta Romanorum.

F. 1 vacat. F. 2ᵃ: Ex gestis romanorum historie notabi‖les de vicijs virtutibusque tractantes cum || applicationibus moralizatis et misticis || Incipiunt feliciter. *In fine f. 115ᵃ col. 2:* Ex gestis romanorum cum pluribus || applicatis historijs: de virtutibus et || vitijs mistice ad intellectum transsump-‖tis. Recollectorij finis est feciliter *(sic) F. 115ᵇ:* Item tabula sequens precedentis ope‖ris continet duplicem numerum: *etc. F. 123ᵃ col. 2:* Expliciunt due tabule siue duo di=‖rectoria contentorum huius libelli: per qua‖ rum primam vnicuique capitulo potest at‖tribui debitus verus et ordinatus titu=‖lus cum numero suo. Per secundam ve‖ro alphabetice ordinatam cito inueniuntur || pulchra et plurima exempla que spersim *(sic)* in || singulis capitulis et in eorundem expo=‖ sitionibus siue moralizationibus continentur.

Fol. char. goth. cum a_{ii} — q_{iii} sig. et pp. nn. s. c. 115 num. + 8 non num. = 123 foll. 2 col. 43—44 lin. Cum inscr. pag. et litt. init. color.

Mentionem huius editionis non inveni apud bibliographos.

416.

(Basileae.)

Gregorius Magnus, Papa. Moralia seu Expositio in Jobum.

F. 1ᵃ vacat. F. 1ᵇ admonitio ipso de opere: ( )eatus gregorius papa librum be‖ati iob petente Sancto Leandro || spalense episcopo exponit. *etc. F. 2ᵃ epistola Gregorii Papae ad Leandrum:* ( )Euerentissimo et san‖ctissimo fratri. Lean‖dro coepiscopo. *etc. F. 7ᵃ incipit opus:* ( )Ir erat in terra .i. || hus nomine iob. *etc. Explicit f. 395ᵃ col. 1 lin. 27:* lacrimas reddit. *Col. 2 eiusdem fol. vacat. F. 395ᵇ:* Incipit registrum breue et vtile omnium puncto‖rum tactorum in moralibus beati. Gregorij || pape sescundum *(sic)*

ordinem alphabeti inferius annotatum *Registrum explicit f. 421, quod deest.*

Fol. mai. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 421 foll. (in hoc exemp. 420) 2 col. 48 lin. Cum litt. init. expict.

Denis Suppl. p. 557. 5039.; Laire I. p. 39. 35.; Panzer I. p. 192. 269. (Basileae, char. goth. Bertholdi); *Santander II. p. 460. 662.* (ante annum 1470 Berth. Rodt); *Ebert I. p. 708. 8870.* (ca. 1468); *Hain I. 2. p. 505. 7926.* (Basileae, Berthold. Rodt c. 1468); *Stockmeyer et Reber p. 5.; Brunet II. p. 1724; St. Gallen Bibl. p. 107. 648.*

417.

(Basileae.)

Hemmerlin alias Malleolus (Felix). Variae Oblectationis Opuscula et Tractatus.

F. 1ª tit.: Clarissimi viri Iuriumque doctoris Felicis || hemmerlin cantoris quondam Thuricensis. || varie oblectationis opuscula et tractatus. *Deinde icon auctoris et 5 disticha. F. 2ª:* Ad reuerendissimum in chri=||sto patrem Illustrissimumque dominum Hermannum || Colonie Agrippine Archiantistitem Sacri Roma=||ni imperij principem electorem: atque per Gallias ar=||archicancellarium Lantgrauium Hassie. westualie et || Angarie ducem Ecclesieque Padebornensis. Coadiu||torem magnidecentissimum: dominum sibi perpetuo || obseruandum Sebastiani brant: in libellos Felicis || hemmerlin Cantoris Thuricensis elegiacum Episodion. *(Subscript.:* Ex Basilea Idibus Augustis. M.cccc.xcvij.) *F. 3ª:* Sequuntur tituli tractatulorum *etc. Eod. fol. in fine tabulae:* Finit tabula titulorum. *F. 3ᵇ et f. 4ª vacant. F. 5ª incipit opus:* ( )Euerendo in Christo patri ac || domino Domino Henrico dei et apostolice sedis gratia episco=||po Constantiensi: *etc. F. 183ᵇ:* Finit feliciter. *F. 184 vacat.*

Fol. char. goth. cum a—z₄+aa—gg₄ sig. s. c. et pp. nn. 184 foll. 47 lin. Cum inscr. pag. et litt. init. expict.

Maitt. I. p. 637.; Denis Suppl. p. 609. 5332.; Panzer I. p. 199. 310. (Basil. Nic. Kessler); *Hain II. 1. p. 13. 8424.* (Basil. N. Kessler 1497); *Stockmeyer et Reber p. 53. 3.* (181 foll.); *Ebert I. p. 752. 9430.* («Verisimilius Argent. vel Coloniae», sed falso); *Brunet III. p. 515. 228.; St. Gallen Bibl. p. 116. 708.*

Huius operis duo exemplaria asservantur in bibliotheca nostra.

418.

(Romae ?)

Hippocrates. Tractatus de Natura Hominis et alia Opuscula, Andrea Brentio Interprete.

F. 1ª vacat. F. 1ᵇ: Hippocrates de natura hominis. ‖ De uictu. ‖ De tuenda ualitudine ‖ Medicinae lex ‖ Hippocratis iusiurandum ‖ Hippocratis demonstratio quae artes sunt. ‖ Hippocratis inuectiua in obtrectatores medi‖cinae ‖ Quae quidem opera ut latine et emendare lege-‖rentur. ‖ Curauit Andreas Brentius Patauinus. ‖ Francisco Dedo Venetorum oratori. *Sequuntur distícha duo. F. 2ª:* XYSTO. IIII. PON MAX. ANDREAS ‖ BRENTIVS PATAVINVS. S. P. D. *F. 3ᵇ lin. 10:* HIPPOCRATES DE NATVRA HO‖MINIS AB AND. BREN. PAT. CON.‖VERSVS. *F. 15ᵇ lin. 24:* OLIVERIO CARDINALI NEAPOLI‖TANO ANDREAS BRENTIVS SA‖LVTEM DICIT. *F. 16ᵇ lin. 5:* LEX. MEDICINE. *F. 17ᵇ:* IOANNI CARDINALI NOVARIEN‖SI ANDRE. BREN. S. D. *In fine eiusdem folii:* HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM. *F. 18ᵇ lin. 10:* ANDR. BREN. HIERONYMO TRA‖POLINO: S. D. *F. 19ª lin. 12:* QVOD ARTES SVNT DEMON‖STRATIO HIPPOCRATIS. *F. 19ᵇ lin. 8:* ANDREAS BRENTIVS IACOBO ‖ SANGENISIO. S. D. *F. 20ª:* HIPPOCRATIS INVECTIVA IN ‖ OBTRECTATORES MEDICINE *In fine huius invectivae:* FINIS. *F. 20ᵇ registrum.*

4°char. rom. s. s. c. et pp. nn. 20 foll. 27 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Panzer IV. p. 141. 622.; Hain II. 1. p. 64. 8669. (Romae Steph. Planck). Hain non meminit registri, quod invenitur f. 20ᵇ.

F. 1ᵇ haec nota coaeva legitur: «Anno Domini nostri iesu christi im Anderen Iar so bin ich Leonhart Weiterfellder gestorben» *(eadem manus delevit vocem* gestorben *et adscripsit* non est mors). F. 20ᵇ autem haec: «Laurentius Forsther de Lanntzhutta est possessor huius Libellus .... Leonhard Teufferus.»

419.

Hispanus (Petrus), Postea Johannes XXI. Papa. Summula Logicae.

F. 1ª tit.: Textus septem tractatuum sum‖mularum magistri petri hispani *F. 2ª incipit opus:* ( )yalectica est ars artium:

etc. In fine f. 83ᵇ: Finis tredecim tractatuum magistri Petri hyspani. pr *F. 84 vacat.*

4° char. goth. cum b₈—p₆ sig. s. c. et pp. nn. 84 foll. 20 lin. Cum inscr. pag. Litt. init. plurime desunt.

Apud *Panzerum* deest; *Hain II. 1. p. 65. 8678.*

F. 1ᵃ haec annotatio legitur: «Inscriptus Catalogo Monasterii Cladrubiensis A. 1622.»

420.

(Norimbergae.)

Honorius Augustodunensis, Presb. Tractatus de Praedestinatione et Libero Arbitrio.

Opus incipit f. 1ᵃ sine ulla inscriptione: ( )Res modi nimis perplexi nexu se inuicem con‖plicaut: *(sic) etc. F. 17ᵇ lin. 19:* Incipit cognicio vite a solitario quodam dialogice ‖ edita etc. .˙ . .˙ . *In fine f. 39ᵃ lin. 29:* A .. M : E .. N . : · : ·

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 39 foll. 32 lin. Cum litt. init. expict.

Panzer IV. p. 388. 343.; Hain II. 1. p. 83. 8801. (Norimb. Ant. Koburger).

421.

(Venetiis?)

Hugo de S. Caro. Ord. Praed. Card. Expositio Missae.

F. 1ᵃ tit.: Expositio misse *F. 2ᵃ:* Incipit expositio misse se=‖cundum fratrem Hugonem ‖ Cardinalem ordinis pre=‖dicatorum. *F. 10ᵇ col. 2:* Finit *F. 11ᵃ:* De defectu occurrentibus ‖ in missa. *F. 16ᵃ col. 1:* Finit. *Eod. fol. col. 2:* Summa Iohannis. An=‖dree de sponsalibus et ma=‖trimonijs. *F. 20ᵇ col. 2:* Finit summa Iohan. An=‖dree. de spon. et matri. *F. 21ᵃ:* ( )Mpedimenta susceptio‖nis ordinum. *F. 22ᵇ col. 1:* Finit. *Eod. fol. col. 2:* Confessio chatholicorum ‖ generalis incipit. Nam si quis ‖ hic eam diligenter inspexerit atque ‖ perlegerit quasi in speculo omnia ‖ peccata videbit sua: necnon ob=‖litorum recordabitur. *F. 27ᵃ col. 2:* Finit. *F. 27ᵇ:* Expositio dominice orationis *F. 31ᵇ col. 2:* Finitur dominica oratio mo‖dica cum declaratione.

4° char. goth. cum a$_{ii}$ — d₈ sig. s. c. et pp. nn. 31 foll. 2 col. 37 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Panzer IV. p. 144. 645.; Hain II. 1. p. 105. 8988.

422.

Romae.

Justinus. Epitome Historiarum Trogi Pompeji.

F. 1ᵃ: Iustini historia politissimi Epitoma in ‖ Trogi Pompei historias proemium incipit. *In fine f. 138ᵃ:*

Anser Tarpeu *(sic)* custos Iouis: unde: quod alis
Constreperes: Gallus decidit: Vltor adest.
Vdalricus Gallus: ne quem poscantur in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die: quantum non scribitur anno
Ingenio: haud noceas: omnia uincit homo.

Post hunc versum sequitur haec minio scripta coaeva annotatio: «Emendatus est hic liber per me Paulum Schaider Cremnitianum Anno Saluatoris M°CCCC°LXXXXiiij° Mense Iunio Ex Libro Baptistae guarrini: Annotacionesque ego hoc colore annotaui purpureo.»

Fol. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 138 foll. 32 lin.

Maitt. I. p. 242. (1470); *Panzer II. p. 422. 50.* («Editio altera princeps; et hanc vel 1470 vel 1471 typis vulgatum esse, probabile est»); *Santander III. p. 72. 797.; Dibdin II. p. 110.; Ebert I. p. 912. 11114.; Hain II. 1. p. 202. 9646.; Schweiger II. 1. p. 484.; Brunet III. p. 619.; Könyvszemle 1880. p. 30—32.*

Opus elegantissime ornatum Franciscus Pulszky bibliothecae Academiae dono dedit. Typographus Udalricus Gallus, auctore Falkensteinio, ab anno 1470 usque ad annum 1478 Romae libris imprimendis operam dedit; opus autem sententia bibliographorum infra enumeratorum circa annum 1470—71 editum est. — Singula capita libri a miniatore litteris rubris et caeruleis distincta sunt, litterae initiales autem aureo sunt exaratae additis tamen ornamentis multicoloribus. Frontem libri margo includit cum ornamentis in modum Arabicum delineatis coloribus rubris, caeruleis, viridibus, albis splendens. Textus libri accurate emendatus est a Paulo Schaidero Cremnitiano qui solus civium nostrorum, quantum quidem scimus, saec. xv. emendandis incunabulis operam dedit.

423.

Venetiis.

Juvenalis (Dec. Jun.). Satirae cum Commentariis Dom. Calderini, Georgii Merulae et Georgii Vallae.

F. 1ᵃ tit.: Iuuenalis Cum tribus commenta‖riis uidelicet Domitii Calderi‖ni Georgii Merulae nec‖non Georgii Vallae. *F. 1ᵇ:*

DOMITII Calderini Veronensis secretarii apostolici in commentarios Iuuenalis. || ad clarissimum uirum Iulianum Medicen Petri cosmi filium Florentinum. *Eod. fol. lin. 46:* IVVENALIS Vita ex antiquorum monumentis. *F. 2ᵃ:* DOMITII Calderini Veronensis Secretarii apostolici commentarii in Satyras Iuuenalis ad clarissimum || uirum Iulianum Medicen Petri Cosmi filium Frolentinum. *(sic) Eod. fol. lin. 47:* Ad Inuictissimum Principem Federicum de Monteferetro Vrbini Ducem: Georgii Merulae Alexandri-||ni Praefatio in Satyrarum Iuuenalis Enarrationes. *F. 3ᵃ lin. 3:* Nec tamen caetera speuerit lector Poetae Vita. *Eod. fol. lin. 19:* De Satyrica fabula duabusque satyris. *F. 3ᵇ lin. 9:* ILLVSTRI Viro Iohanni Tucci. pannonico Georgius Valla salutem dicit plurimam. *F. 4ᵇ lin. 11:* GEORGII Vallae placentini in Iuuenalis Satyras Commentarii. *F. 5ᵃ incipit liber satirarum. Textus:* DECII Iunii Iuue-||nalis Aquinatis Saty||ra prima. *Comment.:* DOMITII Calderini Veronensis Georgii Merulae Alexandrini Necnon Georgii Vallae Placentini || In Satyras Iuuenalis Commentarios. *F. 143ᵇ lin. 22:* Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici defensio aduersus Brotheum grammaticum Com-||mentariorum Martialis calumniatorem: cum recriminatione retaxationis Plinianae: in qua Brotheus ducen-||tis et septuagintaquinque locis praestantissimum scriptorem deprauauit. *F. 146ᵃ post registrum:* Impressum Venetiis per Symonem biuilaqua Papiensem.

Fol. char. rom. mai. et min. cum AA+aa—&& sig. s. c. et pp. nn. 146 foll. 62—63 lin. Comment. circumdat textum. Cum inscr. pag. marg. et litt. init. florent.

Maitt. I. p. 758.; Denis Suppl. p. 596. 5219.; Hain II. 1. p. 209. 9712.

424.

(Augustae Vindelicorum.)

Landrechtbuch vulgo Schwabenspiegel.

F. 1—6 desunt. F. 7ᵃ: Hie hept sich an das lantrecht|| bůch hie nach geschriben. *In fine f. 109ᵃ col. 1 lin. 29:* Hie hat dises bůch also eyn ende. *Eod. fol. col. 2 lin. 27:* Gottes gericht bedenck mit || sorgen. vnnd richt dem reichen || als dem armen.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 109 foll. (in nostro exemplari autem 103 foll., nam f. 1—6 desunt). 2 col. 45—46 lin.

Ebert II. p. 741. 20687. (Augs. Gunth. Zainer. «wahrscheinlich die erste Ausg. des schwäb. Landrechts»; *Hain II. 1. p. 232. 9868.* (Aug. Vind. Gunth. Zainer.)

425.

(Vratislaviae.)

Langer de Bolkinhayn (Johannes). Tractatus de Censibus.

F. 1ª tit.: Tractatus de censibus sub || titulo reemptionis Iohan||nis langer de Bolkinhayn *(miniator adscripsit:* 1493) *F. 2ª:* Magnifico et Generoso domino. domino || Georgio de lapide. domino Steynauie Czoszne etc. per infe=||riorem Slesiam regio Commissario Capitaneo in Sweidnitz || ac Lusacie superioris Aduocato Iohannes Langer de || Bolkinhayn cum summa recommendacione felicitatem dicit. *(Datum:* Ex Wratislauia Octauo kalendas Septembris Anno domini Mccccclxxxix.) *F. 3ª:* Ad Magnificum et Generosum dominum dominum Georgium || de lapide. dominum Steynauie Czoszne etc. Regie Ma=||iestatis per inferiorem Slesiam vicesgerentem Capita||neum in Sweidnitz ac Lusacie superioris Aduocatum || Tractatus de censibus sub titulo reempcionis Iohan=|| nis langer de bolkinhayn Incipit feliciter *F. 24ᵇ lin. 18:* Ex wratislauia quinto Idus Augusti Anno domini. || Celsa tenens regni Vngarie Rex sceptra Mathias. || Tunc codex presens spargitur arte foras. || Ad Magnificum et Generosum dominum. dominum Georgium || de Lapide. dominum Steynauie Czoszne etc. Regie Ma=|| iestatis per inferiorem Slesiam vicesgerentem Capita=||neum in Sweidnitz ac Lusacie superioris Aduocatum || Tractatus de censibus sub titulo reempcionis Iohan=||nis langer de bolkinhayn finit feliciter. *F. 25ª:* Legales titulos nequiens legere ab||breuiatos. Hic visum spargat lectio || lecta dabit.

4° char. goth. cum a_{ii} — c_v sig. s. c. et pp. nn. 25 foll. 34 lin. Cum litt. init. color. et marg.

Denis Suppl. p. 600. 5251. (aut Wratislaviae aut Brunae); *Panzer I. p. 264. 7.; Hain II. 1. p. 236. 9892.* (Moguntiae Petrus Schoiffer.)

De loco impressionis non consentiunt bibliographi. Hain Moguntiae in officina Petr i Schöfferi impressum esse dicit. Sed apud Zapfium «Aelt. Buchd. v. Mainz.» nulla libri mentio fit, vixque potest typographi Moguntiaco attribui. Verisimilior mihi videtur sententia Denisii et Panzeri, qui Vratislaviae vel Brunae impressum esse affirmant. Si diem epistolae spectas, Vratislaviae opus attribuas necesse est, nam epistola Vratislaviae scripta et probabiliter anno 1489. typis mandata

est. Hanc sententiam confirmat auctor censurae, quae de opere quod inscribitur, «de modo in jure studendi libellum» (Brunae, 1488) in ephemeride «*Allg. deutsche Bibliothek. vol. 51. p. 561.*» lucem vidit. In qua haec fere leguntur: «Anno post i. e. 1489. apparuit in vicina *Vratislavia* Tractatus» etc. Unde elucet annum 1489. ab auctore censurae probari, qui typis mandatum esse a *Conrado Baumgartenio* coniicit, «als der sein Glück in dasigen Gegenden mehr als einmal versucht hat.»

Emericus Jancsó, cuius erat hic liber, haec annotavit: «Vidi Curei Annales gentis Silesiae Wittbg. 1571. pagina 209. ubi de Mathia Corvino leges sequentia cum tractatu praesenti egregie cohaerentia: «Postremo etiam anno ante mortem voluit ex veris fontibus sibi ostendi, an usitati reditus emti cum pacto de reverendo sint usurae, illisque modum coepit instituere: itaque in eam rem incubuit, ut ordinem Ecclesiasticum, qui ipsi repugnabat, graviter fuisset afflicturus, nisi interitus ipsius ea interrupisset. Ceterum libellus hic in fine Mathiam Corvinum extollens, ingentis est raritatis et in nulla collectione rerum hungaricarum extat.»

426.

(Lipsiae.)

Lantzperger (Johannes). Dialogus Recommendationis Exprobrationisque Poetices.

F. 1ª tit.: Dialogus recommendationis || exprobrationisque poetices. || Iacobus Barinus ad lectorem. *Sequuntur disticha 5. F. 1ᵇ:* Iohannes Lantzperger sacrosanctis maio=||ribus ordinibus insignitus. artium iuriumque scho=||laris Achademie liptzensis. Iacobo Baryno poe=||te artiumque doctori non minus verendo quam pre-||ceptori suo semper necesse adamando. S. D. *(Datum:* ex nostro studio liptzensi anno Nonagesimo quarto supra millesimumquadringentesimum) *F. 10ᵇ explicit opus. F. 11ª:* Dedicatio operis: || Iohannes Lantzberger scholaris artium || et Iuris Iacobo Baryno preceptori suo. *(Datum:* ex nostris penatibus studii Liptzensis Anno christi M.ccccxciiij. estiuo cane incalescente.) *F. 11ᵇ:* Iacobus Barynus Iohanni || Lantzbergensi vati. S. P. D. *F. 12 deest.*

4° char. goth. cum a_{ij}—b_{iiij} sig. s. c. et pp. nn. 12 foll. (in nostro tantum 11) 34 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. Ind. II. App. p. 531.; Seemiller IV. p. 45. 16. («Non dubito, quin Lipsiae hoc eodem anno opusculum istud impressum fuerit»); *Panzer I. p. 482. 88.* (Meminit sub anno 1494); *Hain II. 1. p. 237. 9896.* (Lipsiae, typis Martini Herbipolensis.)

427.

Lipsiae.

Lapide (Johannes de). Resolutorium Dubiorum circa Celebrationem Missarum Occurrentium.

F. 1ª tit.: Resolutorium dubiorum circa || celebrationem missarum occurrentium per venerabilem patrem || dominum Iohannem de lapide doctorem Theologum pa||risiensem. ordinis Cartusiensis. ex sacrorum canonum proba||torumque doctorum sententijs diligenter collectum. *F. 2ª:* Subsequentis operis in quo|| dubia circa missarum celebrationem occurrentia pertractantur distinc||tio. *etc. F. 6ª:* Finis summarij. *F. 6ᵇ vacat. F. 7ª:* Incipit tractatus dubiorum ac difficultatum circa officium misse || et ea que ad debitam eiusdem celebrationem exiguntur frequentius || occurrentium. iuxta sacrorum canonum constitutiones. probatorumque || doctorum firmiores atque tutiores sententias resolutorius. *In fine f. 30ª:* Explicit resolutorium dubiorum circa celebrationem missarum || occurrentium. Impressum Lyptzck per Arnoldum de Colonia.

4° s. a. char. goth. cum Aa_{ij} — Ee_{iij} sig. s. c. et pp. nn. 30 foll. 28 lin.

Maitt. Ind. II. App. p. 528.; Panzer I. p. 501. 292.; Hain II. 1. p. 238. 9904.

428.

(Argentinae?)

Legendae Sanctorum Regni Hungariae.

F. 1ª tit.: Legende sanctorum regni hungarie in || lombardica historica non contente *F. 2ª:* Legenda sancti adalberti patroni || huius regni. *In fine f. 35ª col. 2:* Expliciunt legende sanctorum quorun=||dam regni hungarie que in lombardi||ca historia non continentur.

Fol. char. goth. (probabiliter Argentinae impressum) cum a_3—e_4 sig. s. c. et pp. nn. 35 foll. 2 col. 45 lin. Cum inscr. col.

Hain II. 1. p. 251. 9996.

429.

(Pataviae.)

Lochmaier (Michael). Sermones de Sanctis.

F. 1ª tit.: Celeberrimi sacre theologie nec‖non iurispontificij doctoris et arcium magistri ac eccle=‖sie Patauiensis. canonici domini Michaelis lochmair ser=‖mones de sanctis perutiles cum vigintitribus sermoni=‖bus magistri Pauli wann annexis feliciter incipiunt. *F. 2ª:* Continencia Sermonum de sanctis huius ‖ libri cum thematibus ipsorum indicans quomodo quis in prompto ‖ reperiat sermonem volitum. *Explicit f. 18ᵇ lin. 6. F. 19 vacat. F. 20ª:* De sancto Andrea apostolo ser‖mo de euangelio. *Explicit f. 401ᵇ col. 2:* Finis Sit laus deo.

Fol. char. goth. cum $A_{ij} - B_{v} + a_{ij} - z_{iiij} + aa - zz_{iiij} + aaa - rrr_{v}$ sig. Cum pag. num. inscr. pag. 401 foll. num. 2 col. 42 lin.

Panzer IV. p. 404. 19. (Pataviae Joh. Petri); *Hain II. 1. p. 276. 10172.* (Pataviae Joh. Petri, 396 foll.)

430.

(Argentinae.)

Maria (Paulus de Sancta). Episc. Burgens. Dialogus, qui vocatur Scrutinium Scripturarum.

F. 1ª: Incipit dyalogus qui vocatur scrutinium scripturarum ‖ Compositus per Reuerendum patrem dominum Paulum de sancta ‖ maria. magistrum in theologia. Episcopum Burgensem. archicancella=‖rium serenissimi principis domini regis castelle et legionis quem com=‖posuit post additiones positas ad postillam. Nicolai de lyra. ‖ Anno domini M°.cccc.xxxiiij. etatis sue. anno. lxxxj. *F. 216ᵇ explicit opus:* secula seculorum amen Deo gracias

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 216 foll. 39 lin. Cum litt. init. color.

Seemiller I. p. 119. 24. (Argent. Joh. Mentelin, 1469); *Denis Suppl. p. 633. 5578.; Panzer I. p. 72. 400.* (215 foll.); *Ebert II. p. 324. 16028.* (Mentelin um 1472); *Hain II. 1. p. 358. 10762.* (Joh. Mentelin); *Brunet IV. p. 451.* (215 foll. J. Mentelin.)

431.

(Argentinae.)

Martinus Polonus, Ord. Praed. Margarita Decreti.

F. 1ª tit.: Margarita decreti seu ta‖bula martiniana decreti *F. 2ª incipit opus:* Margarita decreti seu tabula martini‖ana edita per fratrem Martinum ordinis predica‖torum. domini pape penitentiarium et capel‖lanum. *Hoc exemplar finitur f. 99. F. 100—105 desunt.*

Fol. char. goth. cum a_{ij} — r sig. s. c. et pp. nn. 105 foll. (In hoc exemplari 99 foll.) 2 col. 52 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Seemiller IV. p. 150. 384.; Panzer IV. p. 159. 777.; Hain II. 1. p. 367. 10835.; Holtrop p. 495. 923. Ille Coloniae vel Argentorati c. a. 1500 impressum esse dicit. Equidem typographi Argentinensi attribuere non dubito.

432.

Patavii.

Matheolus Perusinus. De Memoria Augenda.

F. 1ª: MATEOLI PERVSINI PHILOSOPHI ‖ ET MEDICI CLARISSIMI DE ME‖MORIA ET REMINISCENTIA AC ‖ MODO STVDENDI TRACTATVS ‖ FELICITER INCIPIT *In fine f. 6ᵇ:* .AMEN. ‖ Petrus maufer normanus rothomagensis diocesis

4° s. a. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 6 foll. 24 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Denis Suppl. p. 614. 5376. (Patavii ca. 1476); *Panzer II. p. 377. 3.* (Patavii ca. 1476); *Ebert II. p. 67. 13385.* (spätestens 1475); *Hain II. 1. p. 375. 10912.* (ante a. 1475); *Brunet III. p. 1526.*

433.

Meffret. Sermones de Tempore. Vol. I.

F. 1ª tit.: Sermones Meffret. alias Ortulus ‖ regine de tempore pars Estualis. *F. 2ª incipiunt sermones:* ( )Xpurgate vetus ‖ fermentum vt sitis ‖ *etc. F. 298ᵇ col. 1 explicit opus:* finita seculorum secula Amen. *F. 299ª—315ᵇ tabula. F. 315ᵇ col. 2 lin. 34:* Finis. *Sequuntur disticha 9:* Mellifluos fructus frondosis lector in hortis *etc. F. 316 vacat.*

Fol. char. goth. cum Aa_8—Zz_8+1—7_4+AA—II_6 sig. s. c. et pp. nn. 315 foll. 2 col. 55 lin. Cum inscr. pag. Litt. init. rubro et caeruleo colore expictae sunt.

Panzer IV. p. 160. 796. (323 foll.); *Hain II. 1. p. 388. 10999.*; *St. Gallen Bibl. p. 162. 988.*

F. 316ᵃ haec nota postea deleta legitur: «Comparatus Posonij die 7. Martij 1768. fl. 1 d. 50.»

434.

Meffret. Sermones de Tempore et de Sanctis. Vol. III.

F. 1ᵃ tit.: Sermones Meffreth alias Or‖tulus regine de Sanctis. *F. 2ᵃ incipiunt sermones:* ( )Audate ‖ dominum ‖ in sanctis eius. *etc. F. 168ᵃ col. 1 lin. 12:* Finit pars de Sanctis. *Sequuntur disticha 9:* Mellifluos fructus frondosos *(sic)* lector in hortis *etc. Sequitur tabula. F. 172ᵃ col. 2:* Finit Tabula feliciter. ‖ Opus salutiferum sermonum Meffreth in tres par=‖tes diuisum Hyemalem videlicet Estiualem et de ‖ Sanctis Explicit feliciter.

Fol. char. goth. cum A₁ — Z₆ sig. s. c. et pp. nn. 172 foll. 2 col. 57 lin. Cum inscr. pag. Litt. init. expictae sunt.

Denis Suppl. p. 615. 5387. («fortassis ex officina Nic. Kessler Basileae»); *Seemiller IV. p. 153. 199.*; *Panzer I. p. 199. 309.* («Nic. Kesler Basil.)»; *Hain II. 1. p. 389. 11000.* (Affirmat Vol. III. typis Koburgerianis impressum esse. Falso meminit 156 foll.)

F. 2ᵃ haec annotatio legitur (s. xvi—xvii): «Conuentus Viennensis F. F. Praedicatorum.»

435.

Meffret. Sermones de Tempore et de Sanctis. Vol. I.

F. 1 vacat. F. 2ᵃ: Incipit pars hyemalis Sermonum Meffreth. alias Or=‖tulus regine. Prologus. *F. 1ᵇ col. 1 lin. 17:* Dominica prima aduentus. Sermo primus. *In fine f. 146ᵇ col. 2:* Finit pars hyemalis huius operis. *F. 147ᵃ:* Incipit tabula. *F. 154ᵇ col. 2:* Finis tabule.

Fol. char. goth. cum a—ɔiiij sig. s. c. et pp. nn. 152 foll. 2 col. 70 lin. Cum inscr. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Panzer IV. p. 160. 796. (210 foll.); *Hain II. 1. p. 389. 11004.* (153 foll.); *St. Gallen Bibl. p. 163. 991.* (153 foll.)

F. 2ᵃ hae notae leguntur saec. xvi—xvii scriptae: «Bartholomeus licentiatus patauiensis doctor mihi dono dedit» et «Conuentus Viennensis Fratrum Praedicatorum.»

436.

(Coloniae.)

Mensa Philosophica.

F. 1ᵃ: Incipit tabula in li‖brum qui dicitur. Men‖sa philosophica. Et ‖ primo ponuntur tituli ‖ primi libri *F. 5ᵇ explicit tabula. F. 6ᵃ:* Prehemium *(sic)* in librum qui dicitur mensa philo=‖sophica. Incipit. Ca. j. *In fine f. 95ᵇ:* Presens liber quem mensam philosophicam vo‖cant: vnicuique perutilis: compendiose pertractans ‖ in primis quid in conuiuijs pro cibis et potibus su=‖ mendum est. deinde qui sermones illis secundum exi=‖gentiam personarum habendi sunt: et que questiones ‖ discutiende: que insuper facetie siue ioci interserendi ‖ Feliciter explicit.

4° char. semigoth. cum a_{iii}—n_{iij} sig. s. c. et pp. nn. 95 foll. 26 lin Cum inscr. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Hain II. 1. p. 399. 11075. (Coloniae, Joh. Guldenschaaf); *Fischer Typogr. Seltenheiten V. p. 95. 87.* exemplar affert 69 foll. habens, quod in operibus posterioribus Guldenschaffii numerat. Descriptio prorsus respondet exemplari nostro, in numero foliorum (69) tamen errorem latere puto eo magis, quod ne Hainio quidem l. c. simile exemplar notum erat. Panzer non novit editionem sine loco et anno. Ea, quam *vol. I. p. 520. nr. 74.* affert, congruit cum nostra, nisi quod in subscriptione post verbum «explicit» sequitur: «impressus Lovanii per me Ioannem de Westphalia.» Quam Hain quoque Panzerum secutus commemorat. Itaque haec editio differt a nostra.

437.

Mirabilia Urbis Romae.

F. 1ᵃ: Mirabilia vrbis Rome. ‖ (M)Urus vrbis Rome habet Trecentas sexa‖ginta et vnam turres. *etc. In fine f. 7ᵇ lin. 23 explicit:* est ecclesia fratrum Minorum. ‖ Deo gratias.

12° char. goth. s. s. c. et pp. nn. 7 foll. 24 lin.
Apud bibliographos non inveni.

438.

(Coloniae.)

Modus Legendi Abbreviaturas Utriusque Juris.

F. 1 deest. F. 2ᵃ: Incipit libellus dans ‖ modum legendi abbreuiaturas vtriusque iuris. *In fine f. 24ᵇ:* Explicit Modus legendi abbre‖uiaturas in vtroque iure.

12° char. goth. cum A—C_v sig. s. c. Cum pag. num. 24 foll. (in nostro autem 22 fol., nam f. 1 et 8 desunt). 32 lin Cum inscr. pag. Litt. init. expictae sunt.

Hain II. 1. p. 447. 11461. (Coloniae.)

439.

Molitor (Johannes). Repertorium super totam Summam Antonini.

F. 1ª tit.: Tabula super totam sum‖mam venerabilis domini‖ Anthonini directiua. *F. 1ᵇ introduct. in librum:* Quia reuerendissimus et eximius ‖ pater dominus Anthoninus florentinorum archiepiscopus *etc. F. 2ª:* Incipit tabula su‖per omnes partes domini Anthonini archiepiscopi flo‖rentinensis: ordinis predicatorum viri doctissi‖mi alphabetice ordinata et primo de A ante a. *In fine f. 140ª col. 1:* Tabula super totam summam venerabilis domini ‖ Anthonini per dominum Iohannem Molitoris or-‖dinis predicatorñ. *(sic)* conuentus Coloniensis fratrem ‖ compilata. Anno domini. M.cccc. ꝛc. finita. Fe‖liciter explicit.

Fol. char. goth. cum A_{ij} — M_{iiij} + pp_i — yy_{iij} + aa_i — aa_{iij} sig. s. c. et pp. nn. 140 foll. 2 col. 53 lin. Cum inscr. col. Litt. init. desunt.

Latuit *Panzerum* talis editio; nam ille scripturae compendium «ꝛc» (i. e. «et cetera») legebat xc.; ideo editionem anno 1490 prodiisse dicit. Nostram editionem citat *Hain I. 1. p. 148. 1261.*

Hoc opus in bibliotheca nostra in duobus exemplaribus asservatur.

In inferiore margine f. 2ª haec coaeva annotatio legitur: «Iste liber pertinet Conuentui Wiennensi ordinis praedicatorum p. F. Io de lindow eiusdem conuentus nativum filium de licencia suorum patrum ex bonis hereditariis et amicorum comparatus. Orate pro ipsis.

440.

(Augustae Vindelicorum.)

Nicolaus (Frater) Cisterciensis. Imago Beatae Mariae Virginis.

F. 1ª: Sequitur tractatus qui ymago beate virginis intytulatur per‖pulcher et vtilis plurimum Compositus a quodam fra-‖tre dicto Nicolao Cistersium *(sic)* ordinis monasterij sancte ‖ crucis in Austria Complectens in se tres partes in. lxxi. ‖ capitula distinctas. *F. 2ª lin. 15:* Finiunt capitula subsequentis tractatus. *F. 2ᵇ:* De diuisione suscepte marie Capitulum Primum. *In fine*

f. 41ᵇ: Explicit tractatus fratris nicolaij qui in‖titulatur Ymago beate virginis.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 41 foll. 37—38 lin. Cum litt. init. ligno incis., quae expictae sunt.

Zapf A. I. p. 138.; Denis Suppl. p. 624. 5486.; Panzer I. p. 136. 218. (Aug. Vind. Ant. Sorg); *Hain II. 1. p. 487. 11759.* (Aug. Vind. Ant. Sorg).

441.

Nicolaus Episc. Modrusensis. Oratio in Funere Petri Cardinalis S. Sixti.

F. 1ᵃ: Oratio in funere Reuerendissimi ‖ domini. D. Petri Cardinalis sancti ‖ Sixti habita a reuerendo patre domino ‖ Nicolao episcopo modrusiensi. *F. 10ᵃ finis est sine subscriptione, lin. 24:* domini benedictum. Amen.

4° char. rom. s. s. c. et pp. nn. 10 foll. 30 lin.

Huius editionis mentionem apud nullum bibliographum inveni. Emericus Jancsó olim possessor huius operis, hanc annotationem praefixit libro: «Author funebris hujus Orationis, Nicolaus Episcopus *Modrusiensis*, fuit ille, cui Anno 1483. defuncto Sixtus 4-tus Pontifex Christophorum Ragusiensem substituit, quod factum divus Mathias Corvinus Rex Hungariae, velut in praejudicium Iuris patronatus sibi competentis vergens, aegre tulit, perhibente Epistola ejusdem ad Pontificem eapropter scripta, inter Epistolas illius P. 3. N° 34. legibili. In qua scilicet famosi illi termini «duplicatam illam Crucem, quae Regni nostri insigne est, gentem hungaricam libentius triplicare velle, quam in id consentire, ut beneficia et Praelaturae ad Ius Coronae spectantes per Sedem Apostolicam conferuntur» occurrunt. Unde constat, librum hunc saltem ao. 1483. excusum fuisse, nec postea, authore utpote ao. 1483 jam vivis decedente. Vide Szvorényi Historiae Ecclesiasticae Regni Ungariae amoenitates. Fascic. 6-to pagina 51. Caeterum serius legi in Ciacconii opere, Vitae et res gestae Pontificum Romanorum et SRE. Cardinalium inscripto et Romae ao. 1677 impresso Tomo 3-tio pagina 42. Cardinalem Petrum S. Sixti obiisse, 5-to Ianuarii 1474. ergo liber hic impressus est ao. 1474.»

442.

Pamphilus. Liber de Amore.

F. 1 vacat. F. 2ᵃ: PANPHILVS. DE. AMORE. *In fine f. 19ᵇ:* Explicit amorem pertractans panphili codex.

4° char. rom. s. s. c. et pp. nn. 19 foll. Litt. init. desunt.

Denis Suppl. p. 630. 5545.; Panzer IV. p. 171. 902.; Hain II. 2. p. 5. 12291.

443.

(Pataviae.)

Pavinis (Johannes Franciscus de). Oratio in Laudem Leopoldi Marchionis Austriae.

F. 1ª: Sedente Innocentio octauo pontifice maximo Fride=‖rico iii. Imperatore Suadente ab francisco appellato pa‖tauo iuris-cons. atque aduocato Consistoriali et pauperum ‖ equite. et comite oratore habita die xii. kalendas decembris an‖no salutis M.cccc. lxxxiiii. publico consistorio. *Oratio explicit f. 11ᵇ:* declarentur Dixi.

4° char. goth. s. s. c. et pp. nn. 11 foll. 32 lin. Litt. init. desunt.

Panzer IV. p. 404. 16.; Hain II. 2. p. 48. 12533. (Pataviae, Joh. Petri).

444.

(Pataviae.)

Pavinis (Johannes Franciscus de). Defensorium Canonisationis Sancti Leopoldi.

F. 1ª tit.: Defensorium Canonisa‖tionis Sancti Leopoldi *F. 1ᵇ icon xylogr. cum inscr.:* Sanctus Leopoldus dux austrie *F. 2ª incipit opus:* Emitte Lucem tuam et veritatem tuam domine etc. *In fine f. 62ᵇ:* Finis relationis facte per reuerendum patrem dominum Io‖hannem franciscum de pauinis de padua sacre theologie ‖ et iuris vtriusque doctorem Et causarum Sacri pallacii ‖ apostolici auditorem. Sancrissimi. *(sic)* D. N. Cappellanum al‖terum ex tribus Cappellanis ad Summarium facien=‖dum de processibus huiusmodi Canonizationis specialiter ‖ deputatum. *F. 63ª registrum.*

4° char. goth. cum a1—h4 sig. s. c. et pp. nn. 63 foll. 32 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Panzer IV. p. 404. 17.; Hain II. 2. p. 48. 12536. (Pataviae, Joh. Petri); *Könyvszemle 1880. p. 326.*

445.

Lugduni.

Pelbartus de Themeswar. Sermones Pomerii de Tempore.

Vol. I. *F. 1ª tit.:* Pomerium Sermonum ‖ De Tempore. ‖ Pars Hyemalis. ‖ Per Religiosum et deuotum Patrem: ‖ litterarum

diuinarum Professorem exi=‖mijssimum: fratrem Pelbartum de The=‖meswar Ordinis Minorum de obseruan‖tia accuratissime christifidelibus sertum *F. 2ª:* In nomine domini Ie=‖su incipit Tabula de materijs in hac parte hye‖mali Sermonum de tempore contentis secundum ‖ ordinem alphabeti. *etc. F. 9ª col. 2:* Finit Tabula iuxta ordinem dominicarum: et ‖ Sermonum in hac parte Pascali. *F. 9ᵇ:* In nomine patris et filij et spiritussancti. Ad laudem ‖ et gloriam eiusdem omnipotentis dei et domini nostri Iesu christi ac gloriosissime virginis Ma‖rie matris eius: necnon seraphici patris nostri Francisci: atque totius curie celestis honorem: ‖ in hoc opus sermonum de tempore incipit prologus. *In fine cod. fol.:* Finit Prologus ad laudem dei. *F. 10ª:* In nomine domini. pro ‖ sequentibus sermonibus dominice prime de ad=‖uentu scribere permitto hoc textum sacti *(sic)* euangelii. ex quo ‖ themata sermonum ipsorum accipiuntur. *etc. F. 105ᵇ col. 2:* Finita per dei gratiam Prima parte. s. Hye‖mali: sequitur huius operis pars secunda. s. Qua‖dragesimalis. *etc. F. 106ª:* In nomine domini In=‖cipit pars Pascalis. *In fine f. 193ᵇ col. 2 lin. 32:* Finit tertia pars huius operis scilicet ‖ Pascalis sermonum Pomerij ad lau=‖dem dei et domini Iesu: cui sit honor ‖ et gloria in secula seculorum. Amen.‖ Sequitur pars Estiualis Ser‖monum Pomerij de tempore. *Sequitur registrum. F. 194 vacat.*

Vol. II. *F. 1ª tit.:* Pomerium Sermonum ‖ de Sanctis ‖ *(error pro* de tempore) Pars Estiualis *F. 2ª:* In nomine domini iesu ‖ Incipit tabula contentorum in hoc volumine ‖ Sermonum Pomerij de Tempore partis Esti=‖ualis secundum ordinem alphabeti. *F. 8ª col. 2:* Finit Tabula secunda secundum ordinem ‖ Sermonum in hac parte Estiuali con‖tentorum. *F. 8ᵇ vacat. F. 9ª:* In nomine domini Iesu ‖ Ad honorem eius et ipsius virginis matris ‖ Marie. Item seraphici patris nostri Franci‖sci: ac laudem omnium beatorum Incipit ‖ pars estiualis sermonum Pomerij de tempore. *In fine f. 146ᵇ col. 2:* Sermones Pomerij de Tempore comporta‖ti per fratrem Pelbartum de Themeswar: pro=‖fessum diuini ordinis sancti Francisci professum ‖ collecti. Impressum Lugduni per Honestum ‖ virum Ioannem Cleyn impressorie artis ma=‖gistrum optatum finem sortiuntur. *Sequitur registrum.*

4° char. goth. s. c. et pp. nn. I. cum aa_{ij} — 77_{iiij} sig. 194 foll. II. cum aaa—sss_{vj} sig. 147 foll. 2 col. 53 lin. Cum inscr. col. et litt. init. florent.

Könyvszemle 1880. p. 327.; Sziládi, Pelbárt p. 57.

F. 1ª hae notae saec. xvi. leguntur: «Ex libris Ioannis Harreri.» et «Conuentus Viennensis Ord: Praed.»

446.

(Argentinae.)

Plutarchus. Vitae Illustrium Virorum. Latine.

Vol. I. *F. 1 vacat. F. 2ª:* ( )AMPANVS Francisco Piccolominio Cardinali Senensi meo Salutem *etc. Deinde sequitur tabula, quae f. 2ᵇ explicit. F. 3ª:* Plutarchi Historiographi greci liber De viris clarissimis: E greco sermone in La‖tinum Diuersis plurimorum interpretationibus virorum illustrium translatus Incipit. ‖ Epistola Philelphi poete In vitam atque gesta Thesei viri clarissimi Incipit Feliciter *F. 3ᵇ lin. 8:* Plutarchi Historiographi greci de Vita atque gestis Thesei Viri clarissimi historia ‖ per Philelphum oratorem eximium E greco sermone in Latinum translata Incipit. *Explicit f. 275ᵇ lin. 36:* suffragiis in tam sublime glorie fastigium euasisse. *F. 276 vacat.*

Vol. II. *F. 1ª:* ( )VM GRECE apud plutarchum Nicie Atheniensis M. *etc. F. 1ᵇ:* ( )VONIAM VT arbitror non absurde Niciam *etc. F. 231ᵇ lin. 29:* Incipit Epistola Donati Acciaioli in Vitam atque gesta Caroli Magni. *Explicit f. 238ª lin. 22:* post Caroli mortem diligentissime: ac sanctissimeque reseruauit.

Fol. max. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 276 et 238 foll. 49 lin. Cum litt. init. expict.

Panzer I. p. 77. 49. (Argent. Joh. Mentelin); *Ebert II. p. 475. 17464.; Hain II. 2. p. 127. 13124.* («Lit. R. singularem formam habet»); *Schweiger I. p. 264.; Hoffmann II. p. 365.*

F. 2ª haec annotatio legitur: «Conuentus B. V. M. ad Fontes Fratrum Eremit. Disc. S. P. A. ex haereditate Rosenmarckeriana.»

447.

(Augustae Vindelicorum.)

Poenitentionarius, seu Poeniteas cito cum Commento.

F. 1ª tit.: Peniteas cito libel-‖lus iste nuncupatur. ‖ Tractans compendiose de peni=‖tentia et eius circumstantijs. ac vi=‖ tam peccatis deprauatam emen‖dare cupientibus multum vtilis ‖ et necessarius. *Deinde icon xylogr. cum inscr.:* Accipies ‖ tanti

doctoris || dog=||mata sancti. *F. 1ᵇ incipit opus:* Libellus de modo confitendi et penitendi. *In fine f. 22ᵃ:* Et sic finitur presens opusculum || de modo penitendi et confitendi.

4° char. goth. cum a_{ii} — d_{iiii} sig. s. c. et pp. nn. 22 foll. 38—39 lin. Cum litt. init. maiusc. Typi idem sunt, quibus opus sub no. 340 descriptum impressum est.

Panzer IV. p. 280. 4, 71e.; Hain II. 2. p. 131. 13156.

448.

(Daventriae.)

Publicius (Jacobus). Ars Conficiendi Epistolas Tulliano more.

F. 1ᵃ tit.: Ars conficiendi epistolas elegantissime || Tulliano more nouiter in lucem redacta. *F. 2ᵃ:* Ars Tulliano more epistolandi Iacobi. P. || ad Illustrissimum Principem Tarantinum || Hispaniae Ducem. Incipit foeliciter *Explicit f. 16ᵃ lin. 32:* Uale lector

4° char. gothi. cum a_{ij} —b_{iiij} sig. s. c. et pp. nn. 16 foll. 33 lin. Cum litt. init. expict.

Holtrop p. 124. 321. (Daventriae, Rich. Paffroet c. 1497).

449.

(Venetiis.)

Quintilianus (M. Fabius). Institutiones Oratoriae.

F. 1ᵃ vacat. F. 1ᵇ: TABVLA QuINTILIANI || CAPITVLA PRIMI LIBri. *Explicit f. 2ᵇ. F. 3ᵃ vacat. F. 3ᵇ Omniboni Leoniceni epistola ad Moysem de Bufarelis episcopum Belumnensem:* ( )Euerendissimo in christo patri: ac domino meo obseruandissimo do||mino Moysi de bufarelis episcopo belumnensi Omnibonus Leo-||nicenus salutem plurimam dicit. *etc. F. 4ᵃ:* .M. CELIVS FABIVS QVINTILIANVS TRIPHONI BI-||BLIOPOLLE *(sic)* SALVTEM. *In fine f. 201ᵇ:* M. FABII QVINTILIANI ORATORIARVM INSTI||TVTIONVM LIBRI DVODECIMI ET VLTIMI FINIS. *F. 202 vacat.*

Fol. char. rom. pulcherrimo mai. sine loco anno, cust. et pag. num. cum a_{ii} — $\&_{iiii}$ +A—D_{ii} sig. 202 foll. 39 lin. Litt. init. desunt.

Maitt. I. p. 750.; Seemiller I. p. 175. 86.; Ebert II. p. 562. 18418. (199 foll. «Die Ausg. ist blosser Nachdruck der Jenson'schen von 1476 selbst mit Beibehaltung des Auslassungsfehlers L. VI. c. 6..... Sie ist (was schon aus dem Papierzeichen einer Wage hervorgeht) ent-

schieden zu Venedig, und wie ich glaube, von I. de Colonia um 1477. gedruckt»); *Panzer IV. p. 182. 1030.; Hain II. 2. p. 185. 13644.; Schweiger II. 2. p. 841.*

Hoc opus probabiliter Venetiis a Luca Veneto impressum est, nam typi idem sunt, quibus ille Quintiliani declamationes anno 1482 edidit et quas sub no. 84 descripsi.

F. 2ª haec nota saec. xvi legitur: «Ad Vsum Monasterij S. Lamperti.»

450.

(Coloniae.)

Rubricae Juris Civilis et Canonici.

F. 1ª tit.: Rubrice siue Tituli || Iuris Canonici et Ci||uilis secundum ordinem li=||brorum redacti. *F. 2ª:* Rubrice totius iuris || Ciuilis cesarei feliciter incipiunt. || Et primo institutiouum *(sic)* domini Iu||stiniani Imperatoris serenissimi. || Primo Rubrice Institutionum || Liber primus. *Explicit f. 31ᵇ:* Finis *F. 32 vacat.*

12° char. goth. cum A_{ij} — D_v sig. s. c. et pp. nn. 32 foll. 32 lin. Cum inscr. pag.

Panzer IV. p. 282. 530. h.; Hain II. 2. p. 234. 14018. (Colon. Henr. Quentell).

451.

(Lipsiae.)

Sallustius (C. Crispus). De Coniuratione Catilinae.

F. 1ª tit.: C. Crispi Salustii liber de con=||iuratione. L. Ser. Catiline. *F. 1ᵇ:* C. Crispi Salustii vita. *F. 2ª incipit opus:* C. Crispi Salustii liber de con=||iuratione .L. Ser. Catiline. *F. 22ᵇ finitur opus sine ulla subscriptione. F. 23 vacat.*

Fol. char. goth. cum A_{ij} — D_{iij} sig. s. c. et pp. nn. 23 foll. 24 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Panzerum editio specialis latuit. *Vol. I. p. 502. sub no. 300.* mentionem facit operis cuiusdam Catilinam et bellum Iugurth. continentis, et in calce addit: «Lipsiae per Martinum Herbipolensem.» Et sane ex typorum forma exemplar nostrum ex typographia Lipsiensi prodiisse conicias necesse est, tamen cum illo Panzeri minime concordat, quia subscriptione eget. Opus *infra sub no. 452* descriptum cuius typi cum nostris congruunt subscriptione omnino caret, tamen in fine signum typographi invenies. Editio illa ab Hainio descripta discrepat etiam a nostra, nam colophon illius in fol. 22ª exhibita in nostra editione desideratur, nostra insuper fol. 22ᵇ finitur. Reliqua si spectes Hainii exemplar cum nostro ad amussim concordat. Puto duas sine loco et anno existere editiones in eadem tamen officina impressae.

452.

(Lipsiae.)

Sallustius (C. Crispus). De Bello Jugurthino.

F. 1ᵃ tit.: C. Crispi Salustii Liber || de Bello Iugurtino. *F. 2ᵃ incipit opus:* C. Crispi Salusti *(sic)* Liber de Bello Iugurtino. *In fine f. 41ᵇ:* C. Crispi Salustij de bello Iugurthino Finis. *Insign. typ. F. 42 vacat.*

Fol. char. goth. cum A_{ij} — G_{ij} sig. s. c. et pp. nn. 42 foll. 24 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Hain II. 2. p. 264. 14240. (Lips. Mart. Herbipolens.)

453.

(Esslingae.)

Seneca (Lucius Annaeus). De Forma ac Honestate Vitae ac Remediis Fortuitorum.

F. 1 vacat. F. 2ᵃ: Incipit seneca de forma ac honesta||te vite feliciter. *F. 4ᵃ col. 2:* Finis senece. *F. 4ᵇ:* Seneca noblissimus *(sic)* orator. ad gal=||lionem amicum suum scribens. contra || omnes impetus. et machinamenta || fortune. Composuit autem illum per || modum dyalogi. vt sit sensus conque||rens. et ratio confortans. Liber autem || iste. et sensuum maiestate. eloquy cla=||ritate. et sentenciarum brenitate. *(sic)* re||fulget. || Incipit liber senece de remedys for||tuitorum feliciter. *F. 8ᵃ col. 2:* Annei lucij Senece de reme=||diis fortuitorum liber explicit

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 8 foll. 2 col. 40 lin. Cum litt. init. expict.

Laire I. p. 182. 182. (Conrad. Fyner foll. 7); *Panzer I. p. 385. 31.* (Char. Conr. Fyner); *Schweiger II. 2. p. 919.* (Conr. Fyner Esslingen); Apud *Zapfium* et *Hainium* deest.

454.

Summa Poenitentiae. Latine et Germanice.

F. 1ᵃ tit.: Summa penitentie. *F. 2ᵃ incipit opus:* (B)Onum anime preciosius || est omnibus bonis. *etc. Explicit f. 33ᵃ:* Explicit summa penitentie. || Laus deo.

4° char. goth. cum A_{iiij} — C_{iiij} sig. s. c. et pp. nn. 33 foll. (in nostro exemplari tantum 19 foll.) 33 lin.

Panzer IV. p. 178. 985.; Hain II. 2. p. 371. 15169.

455.

Tractatus de Turcis.

F. 1ª: INCIPIT TRACTATVS QVIDAM DE || turcis prout ad presens ecclesia sancta ab eis af||fligitur collectus diligenti discussione scrip||turarum a quibusdam fratribus predicatorum ordi||nis qui etiam de tribus principaliter trac-||tat. s. de autenticatione scripturarum loquen-||tium de presenti afflictione ecclesie secundo de cul||pis et causis huius afflictionis. Tercio de ei||us duratione et termino quartum uidelicet tem||poris ecclesia ab eis affligetur *Explicit f. 34ᵇ lin. 27:* pacis Ihesus christus dominus noster amen.

4° char. rom. rudi. s. s. c. et pp. nn. 34 foll. 24—27 lin.

Panzer II. p. 555. 914. affert editionem, quae foll. 32 complectitur eamque Romae impressam esse credit. Exemplar ab *Hainio II. 2. p. 737. 15680.* descriptum foll. 41 habet, titulusque supra relatus fol. 8ª habetur. Idem affirmat existere exemplaria cum tabula fol. 1ᵇ et titulo fol. 2ᵇ. Exemplar nostrum caret folio in quo tabula legitur, itaque vix potest dici, quocum exemplari Hainiano exemplar nostrum congruat.

456.

(Augustae Vindelicorum.)

Turrecremata (Johannes de). Tractatus de Efficacia Aquae Benedictae.

F. 1ª: Incipit tractatus de efficacia aque benedicte, per venerandum || magistrum Iohannem de turre cremata, sacre theologie profes=||sorem, ordinis predicatorum, tempore concilij basiliensis compilatus || contra petrum anglicum hereticorum defensorem in bohemia. *In fine:* Hec sunt reuerendissime pater et domine quia vester humilis capella||nus Iohannes de turri cremata ad propleuma, per magistrum petrum an||glicum propositum, vestre dominationem celeriter annotaui. que vestre || reuerendissime paternitatis linee et correctioni cum omni reueren||tia presento ·:· *Sequitur nota anni manu coaeva scripta:* 1475.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 8 foll. (in nostro exemplari 6 foll.) Cum litt. init. expict.

Denis Suppl. p. 684. 692.; Zapf A. I. p. 147. (Aug. Vind. Anton. Sorg); *Panzer I. p. 136. 223.* (Aug. Vind. A. Sorg); *Hain II. 2. p. 447. 15739.* (Anton. Sorg); *St. Gallen Bibl. p. 239. 1440.*

456.

(Coloniae.)

Turrecremata (Johannes de). Meditationes seu Contemplationes.

F. 1 vacat. F. 2ª: Incipiunt contemplaciones deuotis‖sime per reuerendissimum domi=‖num dominum Iohannem de turre cre‖mata cardinalem quondam sanc‖ti Sixti edite atque in parieti=‖bus circuitus Marie minerue ‖ nedum literarum caracteribus verum ‖ eciam ymaginum fignris *(sic)* orna‖tissime descripte atque depicte. ‖ Contemplacio prima est de ‖ mundi creacione *Explicit f. 16ª col. 2:* tis iudicij recedat a memoria.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 16 foll. 2 col. 38 lin. Cum litt. init. expict.

Seemiller IV. p. 145. 349. (ca. a. 1470); *Laire I. p. 194. 99.* (Char. Homborchi); *Panzer I. p. 346. 54.* (Coloniae); *Hain II. 2. p. 444. 15721.* (Coloniae); *Brunet V. p. 985.* (absque loco, 1472 Conr. De Homborch).

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra.

457.

Romae.

Ubaldis (Angelus de) de Perusio. Lectura Authenticorum.

F. 1 vacat. F. 1ᵇ epistola Dominici de Bonis Auguriis de Tibure revisoris: Ait Apostolus ad chorinthios. c. ii. *etc. F. 2ª:* Opus ac Lectura Autenticorum Prestan‖tissimi doctoris domini Angeli de vbaldis ‖ de perusio. Iuris Cesarei ac Romani Inter‖pretis optimi. Et primo Collatio prima ‖ Incipit feliciter. *F. 93ᵇ col. 2:* Lectura ac opus Autenticorum prestantissi‖mi doctoris domini Angeli de Vbaldis de Pe‖rusio, iuris Cesarei ac Romani interpretis opti‖mi finit feliciter. ‖ Incipit tractatus de Inuentario secundum eundem ‖ dominum Angelum. quem ipse ponit in. l. i. §. hec ‖ stipulatio. ff. si cui plus quam. per. l. fal. in qua‖dam glo. ibi posita. Sequitur tex. hec etc. *F. 94ª incipit tractatus:* ( )Ec stipulatio Primo ‖ *etc. F. 97ª col. 2:* Tractatus de Inuentario per dominum Ange‖lum de Perusio editus Finit feliciter. ‖ Sequitur quedam forma inuentarii compi‖lata per dominum Bar. Bononie cum certis aliis ‖ doctoribus. *F. 97ᵇ incipit quaedam forma inventarii:* In christi nomine Amen *etc. Eod. fol. col. 2:* Lectura domini

Angeli de Vbaldis de Peru‖sio super Autenticis et super tractatu de Inuen‖tario Ac etiam quedam forma Inuentarii per ‖ dominum Bar. Bononie compilata Impressaque. s. ‖ scripta Rome apud sanctum Eustachium in domo dominorum Antonii et Raphaelis de Vul‖terris Scriptorum apostolicorum. Finiunt feliciter. *F. 98ᵃ registrum.*

Fol. mai. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 98 foll. 2 col. 56 lin. Tituli sunt char. goth. impr. Cum litt. init. expict.

Denis Suppl. p. 687. 6113. (100 foll.); *Panzer II. p. 526. 651.* (100 foll.); *Hain II. 2. p. 465. 15875.* (82 foll.)

De numero foliorum discrepant bibliographi. Denis et Panzer 100 foll. numerant; contra Hain 82 foll. Sed neuter numerus est rectus; nam si secundum registrum numeramus, 98 fol. inveniemus, qui numerus convenit numero foliorum exemplaris nostri.

459.

(Ulmae.)

